



Universitäts-Bibliothek Wien

I

137.994

E. S.

I

137994

Ingunabel

liber frub roniardi Egp
fery 115 41 apparue in
fow veteru unpta 7 7 7

Richardus de duo-
decim patriarchis.



C. C. d.

SEBASTIUS Olbricht

Sebastian Olbricht

Sebastian Olbricht

Michael in Mat

e

Annotatio capitulorum libri de
duodecim patriarchis magistri **R**
hardi de ſancto victore.

De ſtudio ſapientie ⁊ eius cōmēdatōe. **Ca. I.**

De deſiderio iuſticie et ei⁹ pprietate. **Ca. II.**

De gemino tortus boni fonte rōne ſcꝝ ⁊ affe
ctione. **Ca. III.**

Quomodo animus per ſtudiū ſapientie latē
ter ſepe iducit ad exercicia iuſticie. **Ca. IIII.**

Quomodo imaginatio ſubſeruiat rōni ⁊ ſen
ſualitas affectioni. **Ca. V.**

De vitio imaginatōis ⁊ ſensualitatis. **Ca. VI.**

Qui ſint affect⁹ principales ⁊ quo ordine vel
modo redigantur in virtutes. **Ca. VII.**

Quō vlt⁹ ynde oriatur ordinat⁹ timor. **Ca. VIII.**

Quō oriatur vel ordinetur dolor. **Ca. IX.**

Quō oriatur vel ordinetur ſpes. **Ca. X.**

Quō oriatur vlt⁹ ordinetur amor. **Ca. XI.**

Quid ſit propriu⁹ amoris. **ca. XII.**

Quō per inuiſibiliū amorem mens ſurgit ad
inuiſibiliū inueſtigationē. **Ca. XIII.**

Que ſit prima via hoī ingredientī ad inuiſi
liū contemplationē. **Ca. XIII.**

Quomodo infirmoꝝ ſpeculationi diuine ſcri
pture alludant. **Ca. XV.**

Quō imaginationū alia ſit beſtialis : alia ra
tionalis. **Ca. XVI.**

Annotatio.

Quod imaginationē: rōnem z voluntatē dicim⁹
diuersis modis id accipim⁹. Cap. XVII

De gemina speculatione que surgit ex imagi
natione. Ca. XVIII.

De prima speculatione z eius proprietate.
Ca. XIX.

De officio p̄me speculatiōis. Ca. XX.

De utilitate p̄ime speculatiōis. Ca. XXI

De secunda speculatione z eius proprietate.
Ca. XXII.

Quid sit familiare seu etiā speciale specula
tioni secunde. Ca. XXIII.

Quanta sit iocunditas secunde speculatiōis.
Ca. XXIII

De gemina virtutum prole que nascit ex edo
mita sensualitate. Ca. XXV

De rigore abstinentiē z vigore patientiē z eo
rum proprietate. Ca. XXVI

Quod sensualitatis appetitus nō tēperat si ima
giatiōis euagatio nō restrigit. Ca. XXVII

Quō per abstinentiā z patientiā anim⁹ robo
ratur ad oēm obediētiam. Ca. XXVIII

Quō ex abstinentia z patiētia humana laus
surgat: z quomodo caute eius appetitus sit
temperandus. Cap. XXIX.

Unde maxime soleat laus surgere: z q̄ vera
laus sit de recta volūtate. Ca. XXX.

Capitulum

Quo virtutibus predictis muniatur tam disciplina
na cordis quam corporis. Ca. XXXI.

Quo disciplina cogitationum non possit custodiri
sine disciplina sensuum. Ca. XXXII

Quo in cordis custodia vicissim si virtutes
predicte cooperentur. Ca. XXXIII.

Quo perfecta patientia se comitatur misericordia
Ca. XXXIII

Comendatio perfecte patientie. Ca. XXXV

Quo vel quomodo ordinetur verum gaudium.
Ca. XXXVI

Comparatio exterioris vel interioris dulce
dinis. Ca. XXXVII

Quid soleat impedire illud internum gaudium
Ca. XXXVIII. ♣

Quo interna dulcedo soleat animum ad fortio
ra roborare et ad humiliora inclinare. Ca.
XXXIX.

Quomodo vel quo ordine nascatur in nobis
odium vitiorum. Ca. XL.

Quo sit rarum ex vero odio vitiorum zelum re
ctitudinis habere. Ca. LXI.

Quo sit officium veri zelatoris. Ca. XLII

Quo veri zelatoris non solum sit vigilare con
tra seuitiam sed et contra fraudulentiam. Ca.
XLIII.

Quale vel quantum sit habere perfectum zelum

Annotatio

animarum. Ca. XLIII.

Quo vel unde oriatur pudor. Ca. XLV.

Quis vel quis sit ordinat⁹ pudor. Ca. XLVI.

Quo sit rarum h⁹ pudore vex. Ca. XLVII.

Quid sit propriu⁹ pudoris. Ca. XLVIII.

De utilitate et venustate verecundie. Cap.
XLIX.

Quomodo verecunda mens modestie metas
transgreditur cum per superbiam et vanam
gloriam corrumpitur. Ca. L.

Quomodo verecunda mens ab intentioe sue
rectitudinis deijcitur. Ca. LI.

Quo vno eodemq³ tempore vnde vna virt⁹ cor-
rumpit: inde alie quicq³ nutriunt. Ca. LII.

Cum quanta instantia vel cautela corrigenda
sit intentio praua. Ca. LIII.

Quomodo maxime consideratione debeant⁹
intentionis deprauatione corrigere vel ca-
stigare. Ca. LIII.

Quo vel quomodo caute oporteat intentionem mu-
tare et mox honestate non deserere. Ca. LV.

Quo mens in omni sua corruptione debeat et
patientur dolere et de sua correctione non de-
sperare. Ca. LVI.

Quo caute per exprobratione peccati vel per ex-
actione debiti debeat mens correpta flagellari.
Cap. LVII.

Capitulorum

Quomodo per nimiam afflictionem mens quibus
vsq; ad impudenciam effrenatur. **Ca. LVIII.**

Quod nec ordinata verecundia sit bona nisi sit
moderata. **Ca. LIX.**

De principalium affectionum numero et ordi-
nandi modo copulatio recapitulatio. **Ca. LX.**

Quod affectus ordinati veraciter sunt boni si sint
et moderati. **Ca. LXI.**

Quibus modis timor mensuram equitatis su-
pergreditur. **Ca. LXII.**

Ad quam impudentie euagationem nimis timor
mentes prostituit. **Ca. LXIII.**

De vi vel efficacia timoris sine quo nec ma-
la deserimus nec bona inchoamus. **Ca. LXIII.**

De principalitate timoris et alijs affectibus
qui quibus bene principentur. **Ca. LXV.**

Quomodo virtutes in vitia vertuntur nisi per
discretionem moderentur. **Ca. LXVI.**

Quomodo vel quomodo sero oritur discretio cum sit prima
proles rationis. **Ca. LXVII.**

De discretionis utilitate vel proprietate. **Cap.
LXVIII.**

Quod sic difficile mentem discretioni perfecte ob-
temperare: et tamen nihil utilius. **Ca. LXIX.**

De multiplici officio vere discretionis. **Cap.
LXX.**

De gemina prole rationis gratia: scilicet discretio
8 4

Annotatio

nis et contemplationis. Ca. LXXI.

Quo per plenam cognitionem sui subleuat
animus ad contemplationem dei. Ca. LXXII.

Quod sit arduum et difficile gratiam contemplationis
obtinere. Ca. LXXIII.

De contemplationis genere quod est supra rationem.
Ca. LXXIII.

De supereminencia spiritualium theoriarum.
Ca. LXXV.

Quod sit rarum vel iocundum spirituales theorias
in usum adducere et in oblectationem vertere.
Ca. LXXVI.

Quod frustra nitimur ad summa sine preueniente
gratia. Ca. LXXVII.

Quantum valeat cognitio sui. Ca. LXXVIII.

Quibus modis ad scientie altitudinem pertingamus.
Ca. LXXIX.

Quomodo sanctis conatibus nostris diuina reuelatio
occurrat. Ca. LXXX.

Quod suspecta debet esse omnis reuelatio quam
non comitatur scripturarum attestatio. Cap.

LXXXI

Quod sint incomprehensibilia que mens per excessum
videt ex reuelatione diuina. Cap.

LXXXII.

Quod illa mens diuinas reuelationes percipit:
quam in nitentis stare consuevit. Ca. LXXXIII

Capitulum

Quomodo mens se ad interiora colligere debeat que in celestium anhelat cōtemplationem. Ca. LXXXIII

Quomodo sit iocundus et dulce cōtemplationis gratiam familiarem habere. Ca. LXXXV.

De duobus generibus contemplationum. Ca. LXXXVI

Quomodo cōtemplatio desinat in meditationem: vel quomodo meditatio surgat in contemplationem. Ca. LXXXVII

Finis.

Richardus de XII. patriarchis.

Venerabilis deuoti z eximij con-
tēplatoris magistri Richardi de san-
cto victore liber de minori cōtempla-
tione qui z de duodecim patriarchis
inscribitur feliciter incipit.

De studio sapientie z eius cōmē-
datione. Capitulum primum.

Eniamin adol

b
lescentulus in mentē excessu
Audiāt adolescētuli sermo-
nē de adolescentulo. Euigil-
lent ad vocē prophete. Be-

niamin adolescēt. ī mētis exces. Quis sit be-
niamin iste multi nouerunt. Alij per sciētā:
Alij p experiētā. Qui per doctrinam noue-
runt: audiāt patienter. Qui per experiētias
didicerūt audiāt: libenter. Qui enī eū experi-
entie magisterio semel nosce potuit: fidenter
loquor: sermo de eo quāuis plix⁹ videat illum
faciare nō poterit. Sed quis de eo digne lo-
q̄ sufficiet: Est enī speciosus forma pre filijs
hominū: z iō pre omnibus filijs iacob z q̄les
rachel generare deuit. Mā lya quāuis plures:
pulchriores tamē liberos habere nō potuit.

Ca. I.

Duas nāq; vt legim⁹ vxores iacob habuisse
 cognoscitur: vna lya: altera rachel dicebatur.
 Lya fecundior: rachel formosior. lya secunda
 sed lippa: rachel fere sterilis: sed forme singula
 ris. Sed nūc que sint iste due sorores vxores
 iacob: videam⁹ vt qui sint eaz filij facili⁹ in
 telligamus. Rachel doctrina veritatis: Lya
 disciplina virtutis. Rachel studiū sapientie:
 lya desiderium iusticie. Sed scimus iacob p
 rachel septem annis seruisse: z tñ videbantur
 ei pauci dies p amoris magnitudine. Quid
 miraris? Scdm magnitudinē pulchritudinē
 erat magnitudo dilectionis. Certe si in laudē
 sapientie aliquē temptare voluero: min⁹ erit
 quātumcunq; dixerō. Quid enim sapientia
 ardentius diligit: dulci⁹ possidet: Et⁹ decoz
 omnē superat pulchritudinē: Et⁹ dulcor om
 nem excedit suauitatē. Est enī (vt ait quidā)
 speciosior sole: z sup omnē stellarū dispositio
 nē luci cōparata: inuenitur prior. Illi enī suc
 cedit nox. Sapiētia autē vincit maliciā. attin
 git quoq; a fine vsq; ad finem fortiter z dispo
 nit omnia suauiter. Hanc amauit inquit et ex
 quisiui a iuuentute mea z quesui eā in spon
 sam. Inquisiui a iuuentute mea z quesui mi
 hi sponsam eā assumere z amator factus sum
 forme illius. Quid ergo mirum si iacob in

Richardus de. XII. patriarchis

huius sponse amore flagrabat: si talis ignis: si tante dilectionis flamas temperare non poterat: Quatum amabat: o qualiter in eius amore flagrabat: qui dixit: Super salutem et omnem pulchritudinem dilexi sapientiam. Nihil enim hac ut diximus supra ardentius diligit: nihil dulcius possidet. Hinc enim est: quod sapientes omnes esse volunt: pauci tamen admodum esse sapientes possunt.

De desiderio iusticie et eius proprietate. Ca. II.

Unquid de eius iusticia similiter dicimus? Nunquid eque iusti omnes esse volumus? Sed iusti forte omnes esse non possumus: imo omnes utique iusti esse potuissent si esse iusti perfecte voluissent. Iusticiam enim perfecte diligere est iam iustum esse: Sapientiam vero et multum diligere potes: et ipsa carere potes. Duno et absque dubio quanto amplius iusticiam dilexeris: tanto iustior eris. Sed videamus nunc que sunt vere iusticie instituta: et inveniemus cur homines tamen detestentur conubia Ite. Querendum namque est cur homines conjugia Ite tantopere abhorreant: qui in amplexus Rachel tamen suspirant. Perfecta iusticia iubet inimicos diligere: parentes honorare: propria queque relinquere: illata mala patienter ferre: oblata gratias ubique

perfecta
iusticia

declinare. Sed ab huius mundi amatoribus
quid stultius: quid laboriosus esse reputatur:
Hinc est quod ab eis lya et lippa dicitur et laboriosa vo-
cat. Lya namque laboriosa interpretatur. Bagnus
namque labor: sed non minor error eis esse videtur:
In tribulatione gaudere: prospera mundi quasi
pestem fugere: Sed quia copia mundi ad necessi-
tatem non respicit: et ad voluptatem non admit-
tit lynam lippam: non cecam vocant: quoniam in rerum iu-
dicio errare putant. Si ergo per lynam desiderium iu-
sticie: per Rachel vero studium sapientie intelli-
gitur: patet ratio quare vel ab omnibus lya fere con-
temnitur: vel Rachel tantum diligitur.

De gemino fonte totius boni: rati-
one videlicet et affectio. Ca. III

Ed libet adhuc de eis scilicet
duabus vxoribus iacob diligentius
inquirere: et quicquid inde animus sug-
gerit manifestius aperire. Omnis spiritus rationalis
gemina quedam vis data est ab illo pre lumen
num a quo est omne datum optimum et omne donum perfe-
ctum: una est ratio et alia est affectio. Ratio qua discer-
namus: affectio qua diligamus. Ratio ad veritatem:
affectio ad virtutes. De sunt sorores ille due a
domino desponsate oolla et olibama: hirtim et sama-
ria. De sunt spiritus rationalis gemine vxores: ex quibus
generantur et oriuntur generose proles et regni cele-

Richardus de XII. patriarchis

itis heredes. Ex ratioe oriuntur filia recta: ex affectioe desideria sancta. Ex illa spirituales sensus: ex ista ordinati affectus. Ex ista denique omnis virtus: ex illa vero veritas omnis. Sciendum itaque est: quod affectio tunc veraciter incipit lya esse quando satagit seipsam ad nominam iusticie componere. Et ratio rachel indubitanter esse asserit: quoniam illius summe et vere sapientie luce illustrata. Sed quis ignorat: quod sit illud laboriosum: et quod sit istud iocundum? Utique non sine magno labore animi affectio a libere ad illicita restringitur. Et recte talis vxor lya: hoc est: laboriosa vocatur. Quid vero dulci? quod ve iocundius potest esse quam oculum mentis ad summe sapientie contemplationem erigere? Ad hanc itaque contemplandam cum ratio dilata merito rachel nomine honoratur. Rachel videns principium vel ovium interpretatur. Et ergo tali nomine digna sit impleat quod scriptum inuenit. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum: Utique qui de domino in bonitate sentit: iam illum qui est principium omnium fidei oculo cernit. Sed ovium veraciter est si in simplicitate querit. Videt ne quemadmodum non quolibet sed summa sapientia simplicitate qua sita facit esse rachel. Nam ut arbitror non miraris quod rachel tantum diligatur: cum eius etiam pedissequa sapientiam mundi loquitur que

In domine sue cōparatiōe stulticia reputatur
tāto vt cernim⁹ amore a mūdi prophetis re-
quiratur.

Quomodo per studiū sapientie
animus latenter sepe inducit ad exer-
cicia iusticie. Ca. III.

Uemadmodum autem Iya suppo-
nitur: dum Rachel speratur facile re-
cognoscunt qui hoc q̄ sepe cōtingat
nō tam audiendo q̄ experiendo didicerunt.
Sepe contingit vt anim⁹ antique cōuersatio-
nis sordibus min⁹ mundat⁹: z ad celestiu⁹ cō-
templationē nōdum idoneus: duz se in cubi-
culo Rachel collocat: dū totum se in eius am-
plexus parat. Dum illaz iam se tenere putat:
subito z inopināte inter amplexus Iye sese eē
dephendat. Quid enī scripturam sacraz nisi
Rachel cubiculū esse dicimus. In quo sapiam
diuinā sub decenti allegoziarū velamine late-
re nō dubitamus. In tali cubiculo Rachel to-
tiens queritur: quotiēs in lectiōe sacra spūa-
lis intelligentia indagat. Sz q̄ diu adhuc ad
sublimia penetranda minime sufficim⁹: diu-
cupitā z diligēter quesitā Rachel nōdū inue-
nimus. Incipim⁹ ergo gemere: suspirare: no-
strāq̄ cecitatē non solū plangere sed z erube-
scere. Dolentibus ergo nobis z querentibus

Richardus de. XII. patriarchis

vide hanc cecitatem meruim? occurrit mala q̄
fecimus: quinimmo ipsa diuina lectio nobis
nolentibus: et aliud quoddam in ea molientib?
feditatem nostram frequenter ingerit: et corda no-
stra in eius consideratione copungit. Quoties q̄
in lectione diuina per contemplationem copunctionem
reperim? in cubiculo rachele: non ipsam: sed lyam
nos inuenisse non dubitem?. Nam sicut rachel
est meditari: contemplari: discernere et intelligere:
sic perfecto pertinet ad lyam dolere: gemere et
suspisare necnon et flere. Nam lyam ut dictum est:
affectio est diuina inspiratione inflamata: Ra-
chel est ratio diuina reuelatione illuminata. Lyam est
affectio ad normam iusticie seipsam componens:
Rachel ratio se in celestis sapientie contemplati-
one attollens. Sed de ipsis hacten?: Nunc de
ipsarum ancillis videamus.

**Quomodo imaginatio subseruiat
rationi et sensualitas affectioni. Ca. V.**

Accipit ergo utraq; illarum an-
cilla suam: Affectio sensualitatem: ra-
tio imaginationem. Obsequit sensua-
litas affectioni: imaginatio famulatur rationi.
Intantum vnaqueq; ancillarum domine sue necessa-
ria esse cognoscit: ut sine illis mundus totus
nihil eis posse conferre videatur. Nam siue

Capitulum V.

Imaginatio ratio nihil sciret: et sine sensualitate affectio nihil saperet. ut quid enim lya labentium rerum amore tam vehementer afficit: nisi quia in eis per ancille sue: hoc est sensualitatem obsequium inordinatim delectat: Cum scriptum sit: quia inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciunt: Inde manifeste colligit: quia ad inuisibilium cognitionem nunquam ratio assurgeret nisi et ancilla sua imaginatio videlicet rerum visibilium formam representaret. Per rerum enim visibilium species: surgit ad rerum inuisibilium cognitionem quoties ex his ad illam quandam trahit similitudinem. Sed constat quia sine imaginatione corporalia nesciret: sine quorum cognitione ad celestium contemplationem non ascenderet. Visibilia enim solus intuetur sensus carnis: Inuisibilia vero solus videt oculus mentis. Est ergo sensus carnis totus extrinsecus: Sensus vero cordis totus intrinsecus. Ratio foras exire non potest: sensus corporeus ad illam intrare non potest. Non enim decebat filiam delicatam et teneram et singulariter formosam foras per plateas discurrere. Sed nec seruum conueniebat domine sue penetralia secretiora irreuerenter irrumperere. Discurret ergo imaginatio utpote ancilla inter dominam et seruum: inter rationem et sensum: et quicquid extrinsecus haurit per sensum car-

Richardus de. XII. patriarchis.

nis intus repñtat ad obsequiũ rōnis. Semp
ergo imaginatio rōni assistit: nec ad momētũ
quidē ab eius famulatu se subtrahit: nō sensu
etiã deficiente ipsa ministrare nō desinit. **M**ã
in tenebris positus nihil video. **S**z illic que
libet imaginari possum si volo. **S**ic semper
z in omnibus imaginatio presto est z eius ob
sequio vbiq; ratio vti potest. **S**ed z sensuali/
tas nihilominus satagit z sollicita ē circa fre/
quens ministerium: vtiq; z ipsa semper z vbi
q; ad domine sue lye parata: obsequiuz: hoc
est: que illi solet carnaliũ delectationũ cibos
cōdire z apponere z ad eoz vsum ante horam
inuitare z vltra mensurã prouocare. **Q**ue em̃
alia est q̃ sensualitas: que animi affectionem
carnalium voluptatum desiderio inflāmat: z
eaz delectatione inebriat: hec ē que laborio/
sam illam dñam suam egredientem antecedit
z huc illucq; circumducit. **M**ãz cum lya lippa
est z paruz videt: illi? manu ductionē sequi eã.
nō pudet: hinc est: q; lya animi vicz affectio:
nunc cōtemnenda diligit: nunc diligenda con
temnit: qz dũ ei? oculus i rerum iudicio calli/
gat carnis appetitum sequi minime erubescit.
Hec sunt duarũ vroz iacob ancille due: quas
scriptura nominat zelpham z balam. **B**alam
rachelis z zelpham lye.

*Sensua
lib*

Ca. VI.

De vitio imaginatiōis z sensualita-
tis: Capitulum. VI.

v Idimus de earum obsequio: sed
nec de earum vitio silendum fore
puto. Est enī bala garrula: zelpha
remulenta. Vale nanq; loquacitatē nec ipsa
eius dña rachel cōpescere pōt. Sed etiā zel-
phe quidem sitim: dñe eius copia tanto oīno
extinguere nō pōt. Vinū qd zelpha sitit gau-
dium est voluptatis: de quo quanto plus bi-
bit: tanto amplius sitit. Nam ad faciendum
sensualitatis appetitū: totus mundus nō su-
ficit. Quia ḡ quātūcūq; bibat: semper ad bi-
bendum inhiat recte zelpha: hoc est: os inhi-
ans vocat: cui? sitis nunq; extinguit. *Imaginatio*
Imaginatio autē cū tanta importunitate in aures
cordis perstrepit: quatin^o eius clamorē: vt di-
ximus ipsa rachel vix vel oīno cohībere non
possit. Hinc ē q sepe dum psallimus vel ora-
mus: fantasias cogitationū v^t quaslibet ima-
ginationes rerum ab oculis cordis amouere
volumus: nec valem^o. Quā ḡ huiusmodi per-
strepentium cogitationū tumultus quotidie
etiā inuiri patimur: qualis vel quanta sit bale
garrulitas quotidiano experimēto docemur.
Queq; em̄ visa vel audita: qñq; que ipi gessi-
mus vel diximus ad memoriā reuocat: z que

Imaginatio
Deo

Richardus de. XII. patriarchis

Ipsa enarrādo iā explicauerit eadē iterū atq̄ iterum replicare nō cessat. Et sepe cum nulla voluntas cordis audiendi ei assensū prebeat: ipsa nihilominus q̄uis nullo quasi audiente narrationē suam explicat. Sic utiq̄ decrepiti: senes v̄l iueterate anus solēt quelibet absq̄ omni auditore referre: z quasi aliquib⁹ presētib⁹ cū eis sermonē cōferre. Unde nō immerito bala: hoc est inueterata dicit̄: q̄ inueteratorum morē imitat̄. Sed de garrulitate bale seu temulentia zelphe quis nescat: nisi forte q̄ seipsum ignorat.

Qui sunt affectus principales et q̄ ordine vel modo redigantur in virtutes: Ca. VII.

¶ Hinc de earum filijs: z prius de filijs iſre dicēdum videt̄. Nam z ipsa prior peperisse legit̄. Filij iacob ex iſra vt diximus: nihil aliud sunt: q̄ ordinati affect⁹. Qui q̄dez si iordinati sūt ei⁹ utiq̄ filij esse nō possūt. Septēnaria itaq̄ iſre proles septem sunt virtutes. Si quidem nihil aliud ē virtus q̄ animi affectus ordinatus z moderat⁹. Ordinatus quidē: qm̄ ad illud ē ad qd̄ esse debet. Moderatus ē quādo tantus est quantus esse debet. Principales ergo affectus septem sūt:

virtus

principales affectus

q̄ ab vna animi affectiōe alternatim surgunt:
 Spes videlicet timor: gaudium ⁊ dolor odi-
 um amor ⁊ pudor. Sūt oēs possunt eē modo
 ordinati: modo inordinati. Sed cum ordina-
 ti fuerint: tunc tantū inter filios iacob sūt de-
 putandi. Si nō esset timor iordinatus sermo
 diuinus minime dixisset. Illic trepidauerunt
 timore vbi nō erat timor. Itē si nō eēt timor
 ordinatus scriptū nō esset. Timor dñi sanct⁹
 permanet in seculum seculi. Item si non esset
 amor modo ordinatus: modo inordinat⁹ scri-
 ptura sacra nō hunc p̄ciperet nec illū prohi-
 beret. Diliges iqt̄ deū tuū ex toto corde tuo ⁊
 tota mente ⁊ ex omnibus viribus tuis: ⁊ pro-
 ximū tuum sicut teipsum. Et alibi: Nolite di-
 ligere mundū: neq; ea que in mundo sūt. Si-
 militer debemus ⁊ de alijs affectib⁹ intelli-
 gere aliquādo ordinatos ⁊ idcirco bonos: aliqñ
 inordinatos: ⁊ idcirco malos esse. De bonis
 autem quos ⁊ filios esse iacob diximus: nunc
 quo ordine generent̄ videamus.

Quomodo vel vnde oriatur ordi-
 natus timor: Ca. VIII.

Scriptum est: Initius sapientie timor
 domini. Nec ē q̄ prima virtutū ples
 sine qua ceteras habere non potes.
 Qui talem filium habere desiderat. Mala q̄

159
 Spes
 Timor
 Gaudium
 Dolor
 Odium
 Amor
 Pudor

Timor

Richardus de. XII. patriarchis.

fecit nō solū frequenter sed et diligenter atten-
dat: hinc magnitudinē suī sceleris: illinc potē-
tiam iudicantis. Ex tali consideratione nasci-
tur timor sed filius ille qui iure ruben: hoc est
visionis filius vocatur. Quodāmodo em̄ ce-
cus est et minime videt qui peccare non timet
qui futura mala nō preuidet: qui nō erubescit
pauitatem suam: qui nō expauescit potestatem
diuinā. Sed si incipiat ista videre incipiet et pa-
riter timere: et quāto pfecti⁹ cognouerit: tāto
vehementius timebit. Vides vt arbitror quā-
lusse ruben vocetur: qui ex tali visione gene-
ratur. Recte ergo nato mat̄ ei⁹ exclamat. Vi-
dit deus humilitatem meam: eo quod tunc veraciter
incipiat videre et videri. Deum cognoscere: et
a deo cognosci: videre deum per intuitū for-
midinis: videri a deo per respectus pietatis.

**Quomodo oritur vel ordinetur
dolor: Ca. IX.**

Primo filio nato et paulatim crescen-
te: secūdo filius nascitur: quod magnus ti-
more necesse est vt dolor sequatur.

Dolor
Quāto em̄ quis vehementius metuit penas
quā meruit: tāto acrius plāgit culpā quā fecit.
Sed scimus: quod quacūque hora cōuersus fue-
rit peccator et ingemuerit: saluus erit: scdm̄ il-
lud: Cor cōtritum et humiliatum: de⁹ nō de-

spicies. Quid tibi videtur: Nonne merito et
 ali^o filius symeō: id est exauditio vocat: Qui
 em̄ vere penitet: qui veraciter dolet: absq; du-
 bio ⁊ absq; mora indulgētiā accipiet. Oratio
 que ex corde humiliato ⁊ cōtrito pfertur: ci-
 ti^o exaudit: humiliato per timorē: cōtrito per
 dolorem. Per ruben humiliatur: p symeonez
 cōteritur: ⁊ in fletu compūgitur. Sed bti qui
 lugēt: qm̄ ipi cōsolabuntur.

Quomodo oriatur vel ordinetur.
 spes: Ca. X.

Ed que queso cōsolatio potest eē pe-
 nitētibz vere ⁊ lugētibz amare: nē
 si vna spes venie: **Hic** est ille tertius
 filioz iacob. Qui idcirco leui: id est: additus
 v^l additio vocatur: quia illis duob^o priorib^o
 p^o datis hic supaddit. Nō datū sed additū
 sermo diuinus hūc filiū nosat: ne ante timo-
 rem ⁊ cōdignuz penitētie dolorē: quis de spe
 venie presumat. Qui em̄ post perpetrata sce-
 lera sine satisfactiōe sibi de ipunitate blandi-
 tur: nō tam spe erigēt qm̄ psumptiōe eliditur
 Ex tali em̄ noie: voluit nos diuina scriptura
 certos efficere: hūc nos videlicet filium: nec
 ante illos duos piores posse habere: nec p^o
 illos pcedētes hūc tertiu posse deesse. Vere
 em̄ ⁊ absq; dubio quāto quis frequēt^o: q̄sto

Richardus de .XII. patriarchis.

vehementius de suo reatu interno dolore afficit: tãto certior tãtoq; securior de indulgentie venia efficit. Scdm multitudinẽ inq̃t dolorũ meorũ i cor. iii. cõso. t. le. ani. m. Hunc nãq; est q̃ sanctus spiritus paraclit⁹: hoc est: cõsolator dicit: qz animã penitentie lachrymis afflictam tam frequenter qm libẽter consolatur. Illã nanq; frequẽter visitat: illã libenter pfortat: z ad ventẽ hiduciã plene reformat qz sua scelera flendo dãnare: z dãnando flere cõfiderat.

Quomodo oriatur vel ordinetur amor: Ca. XI.

Amor
I Acipit ex tunc quedam familiaritas inter deum z animam fieri z amicitia cõfederari: eo q̃ hec se sentiat ab illo sepius visitari: z ex eius aduentu non tãtum consolari: imo aliquotiens ineffabili gaudio quodã repleri. Hãc amicitie cõfederationez (ni fallar) Iya p̃ferat qm iã nato leui cum magna exultatione proclamabat. Nũc copulabitur mihi vir me⁹. Verus aie sponsus deus est: quẽ tunc veraciter nobis copulam⁹ quãdo ei per verũ amorem inheremus: imo vero tũc ille nos sibi cõnectit quãdo nos qbusdã internis cõmercijs ad suum amorẽ accendit: z artius astringit. Qd ẽ em cor tam durũ taz

ferreum: quod diuina pietas sua presentia non emolliat: et sua dulcedie non alliciat: Unde fit ut qui prius consueuerat multum formidare: incipiat postmodum ardentem amare. Vides iam ut arbitror quod quemadmodum per crescentem quotidie timorem necesse subortus est dolor: sic utique post spem natam et per quotidiana incrementa proficientem nascitur amor. hic itaque est ille filiorum iacob qui quarto loco nascitur: et iudas: id est: fratres filii in scriptura nominantur. Cuius nominis si rationem querimus citius inueniemus. Scimus namque quod quisque quod approbat hoc amat: et quo plus amat: tanto amplius approbat. Et quod est approbare nisi laudare. Illa utique est vera laudatio: illa est pura confessio que ex casta dilectione consurgit: que ex laudis admiratione procedit. Vultis nosce apertius que sit vox exultationis et confessionis quam nouit iudas solus: vel ceteris omnibus excellentius.

Quid sit proprium amoris: Ca. XII.

Et tunc nunc animum aliquem nimis amantem et nimio feruentem amore: Attende quid sentiat: quid secum loquat de eo quem multum amat: quem valde admiratur. Quid ergo dicit: quid secum tacite loquitur. **Q**uid inquit quod bonus et quod benignus. **Q**uid quod suauis: quod dulcis. **Q**uid quod amandus: quod amplectendus: quod

Richardus de XII. patriarchis.

torus amabilis: q̄ totus desiderabilis. O be
beatuz quē amat. O felicē quē suo amore di
gnū iudicat. O me felicez: si eo frui liceat: me
beatū si eū possidere cōtingat. hec (ni fallor)
est illa vox exultationis et confessionis que
semper ex ore iude resonat in aure diuine pie
tatis. Quid tu dicis Iya: qd tu p clamas pro
iuda: Quid tu reddis dño: Quid retribuīs p
tali puero: Nunc inquā cōfitebor dño. Con
fitebor inquit dño nimis i ore meo. Vere vtiq̄
z absq̄ dubio nō solum frequenter sed etiam
inesinenter dño cōfiteris: si tñ perfecte vili
gis. Benedicam inquit dominū in omni tpe:
semp sit laus eius in ore meo. Semper q̄des
laudas si semp amas z semp desideras. Mas
nō amares si nō approbares. Quid est enī vt
dictū est approbare: nisi laudare. Et ipsa lau
datio ipsa ē p̄fessio: nec putes q̄ sufficiat iude
cōfiteri tñ corde nisi p̄fiteat z ore. Cupit em̄
iudas z alijs cōmendare z ad ei⁹ amorē accē
dere quē omni amore dignū iudicat z ab om
nibus amari desiderat. Hec oia dicta sunt de
cōfessione laudis. Sed quid dicemus de cō
fessione criminis: an forte iudas istā ignorat:
q̄uis illā tā excellenter agnoscat. Ego nō sic
existimo: qz z hanc z illaz ad honorē dei mul
tum pertinere cognosco. Et scio qz qui vera

Laudis
Confessio
Criminis

cit diligit: libeter facit quicquid honori dei mi-
 litare cognouerit. **D**ultu comendat bonita-
 tem dei non solum largitas sua: sed etiam iniqui-
 tas nostra. Si enim magnu est nihil prome-
 rentibus gratis ipendere multa: quale quan-
 tume erit retribuere bona pro merentib? ma-
 la. **Q**ual pietas qua nulla nostra superare
 potest impietas. **A**lia sunt que misericordie ig-
 noscit: alia que affluenter tribuit. **I**gnoscit ma-
 la nostra: largit bona sua: semp presto ad ig-
 noscendum: semp psens ad largiedu z parat?
 hic largus: illic pius: vbiq benign?: vbiq bo-
 nus. **C**onfiteamur g illi mala nostra: confitea-
 mur bona nra. **C**onfiteamur a nob ee mala no-
 stra vt pie ignoscat. **C**onfiteamur ab ipso esse
 boa nra vt pseruet z augeat. **H**ec iudas inces-
 santer actitat ne ingratus appareat vel de idul-
 ta venia: vel de concessa gratia. **R**ecte ergo vt
 arbitror hic filius iudas: id est: confitens voca-
 tur: quia verus amor semp confitetur. **D**eniq
 cum scriptu sit: qz deus veritas e: deum non
 amare puincit qsqz vitate pfiteri erubescit.
Iustus inqt scriptura i initio accusator e sui.
 habet ergo quid agat qui se credit vel cupit
 esse amatorem dei: nisi forte aliud putet esse
 amare deu qz amare iusticia dei. **E**cce ta ha-
 bemus de quatuor primis filijs iye. **P**rimus

Richardus de. XII. patriarchis

est timor pene. Scds dolor penitentie. Tertio spes venie. Quartus amor iusticie: et post hec desinit parere. Sufficere eni sibi posse existimat cum se vera bona veraciter amare considerat.

Quomodo per inuisibillum amorem mens surgit ad inuisibillum inuestigationem: Ca. XIII.

Ed quid putas in rachelis corde agitur: Quibus putas desideriorum estibus agitatur: cum videat lyam sororem suam matrem filiorum letantem: se autem sterilem permanentem. Audiamus quid dicat: et intelligamus quid doleat. Quid ergo dicit iacob viro suo. Da mihi inquit liberos: alioquin moriar. Sine dubio studium sapientie si non proficit citius deficit. Sed queramus diligenter quid nam esse possit quod nato iuda rachel ad amorem patris solito amplius inardescit. Diximus superius quod si cut ad lyam: id est animi affectionem pertinet diligere: sic rachel: id est: rationis est cognoscere. Ex illa namque oritur quilibet affectus ordinatus. ex illa sensus vel intellectus purus. Sed quid aliud per iudam intelligimus nisi amorem ordinatum: amorem celestium: amorem dei: amorem summi boni. Nato itaque iuda: id est bonorum inuis-

163
 sibilium desiderio exurgente atq; feruente.
 Incipit rachel amore prolis estuare: quia in-
 cipit velle cognoscere: ubi amor: ibi oculus.
 Libenter aspicimus quē multum diligimus.
 Nulli dubium: quia qui potuit bona inuisi-
 bilia diligere quin velit statim cognoscere et
 per intelligentiam videre. Et quanto pl⁹ cre-
 scit iudas affectus videlicet diligēdi: tātō am-
 plius feruet in rachel desiderium parendi: s̄
 est studium cognoscēdi.

Que sit prima via homini ingre-
 dienti ad inuisibilem cōtemplatiōez
 viz p̄ imaginationē: Ca. XIII.

Ed quis nesciat q̄ sit difficile immo
 s̄ q̄ pene impossibile mentē carnalem
 z adhuc in spiritualibus studijs rudē
 ad inuisibilem intelligentiā assurgere: z in illis
 cōtemplationis oculum figere. Nulla quippe
 nouit adhuc nisi corporalia. nihil aliud cogi-
 tant occurrat nisi que cogitare consuevit sola
 visibilia. Querit inuisibilia videre z nihil oc-
 currit nisi forme rerū visibilibū. Desiderat in-
 tueri incorporea: z nihil somniat nisi imagi-
 nes rerum corporalium. Quid ḡ faciat: quid
 agat. Nōne melius est qualicunq; modo illa
 cogitare q̄ obliuioni vel negligentie tradere:
 imo si bene amat: mens ea nō facile obliuiscit

Richardus de XII. patriarchis

multo difficilius tñ ad eorum cōtēplationem subleuat. Facit tñ qđ potest. Intuet ea quo modo pōr: cogitat per imaginationē: qz nondum valet videre per intelligentie puritates. Hec vt arbitror ē cā cur rachel prius habeat filios de ancilla: q̄ generet de se ipsa: qz dulce est ei saltez imaginando eoz memoriā retinere: quoz intelligētiā nōdum valet rōcinādo apprehendere. Sicut enī per rachel rōnez sic per ancillā itelligim⁹ imaginatōz. Suadet enī ratio: cōmodius eē qualicūqz mō vera bona cogitare: z imaginaria saltem quadā pulchritudine ad eoz desiderū animū accendere: qm̄ in falsis z deceptorijis bonis cogitationē figere. Et hec est ratio cur rachel voluerit ancillam suam viro suo tradere hāc eē primā viam omni ingredientī ad inuisibiliū cōtēplationē. Nemo ignorat nisi forte quē ad hāc sciām necdū experientia informat.

Quomodo infirmozū speculationi diuine scripture alludāt: Ca. XV.

Ed ne hic pretereūdū est. Quō diuine scripture huic speculationi alludant z humane infirmitati condescēdāt. Res enī inuisibiles per rerū visibilium formas describūt: z memoriā earum p quarū dā cōcupiscibiliū specieꝝ pulchritudinē men

ribus nostris imprimunt. Hinc ē q̄ nunc ter-
ram lacte ⁊ melle manātem promittunt. Nūc
flores: nūc odores nomināt. Nūc per cantus
hominū: nūc per cōcentus auium: celestium
gaudioꝝ armoniā designāt. Legite apocalip-
sīz iohānis: ⁊ inuenietis celestis hierl'm orna-
tum per argētum ⁊ aurū: per margaritas: et
quaslibet alias gemmas preciosas multiplici-
ter d̄scriptū. Et scimus q̄dē qz horum omnīū
nihil ibi est: vbi tamē nil oīno deesse pōt. La-
lium nāqz nil ibi ē per speciē vbi tamē totum
est per similitudinez. In his omnibus habet
bala vnde domine sue vtiliter deseruiat: qm̄
quidē ei hoz oīum memoriāz vbi ⁊ qm̄ volue-
rit p̄voto rep̄ntat. Nec est statī cum volum⁹
imagiari possum⁹. Nunq̄ imaginatio rōi vti-
lior eē poterit q̄ cū ei in tali obseq̄o deseruit.

Q imaginatio alia sit bestialis: alia
rationalis: Ca. XVI.

Ed vt de bale filijs que dicenda sunt
prosequamur. Sciendū est q̄ imagi-
natio alia est bestialis: alia rational.
Bestialis autē inter filios iacob annumerari
nō debet: nec talē aliquādo rachel adoptiuū
filium sibi facere volet. Bestialis itaqz imagi-
natio est quādo per ea que pauloante vidim⁹
vel fecimus sine vlla vtilitate: absqz oī delibe-
ratione huc illucqz vāga mente discurrimus

Richardus de. XII. patriarchis

hec utiq; bestialis est: nam et hoc bestia facere potest. Rationalis autem est illa: quando ex his que per sensum corporeum nouimus aliquid imaginabiliter fingimus. verbi gratia. aurum vidimus domum vidimus: auream autem domum nunquam vidimus: auream tamen domum imaginari possumus si voluerimus. hoc utiq; facere bestia non potest. soli rationali creature hoc possibile est. huiusmodi sepe imaginatione utimur: cum que sunt future vite bona vel mala diligentius rimamur. Nusquam hic sola bona: nusquam hic sola mala: sed permixta simul et bona et mala. Et quis in utroque genere sint multa: nunquam tamen inueniuntur sola ibi inueniri possunt et bona sine admixtione malorum: et mala nihilominus sine admixtione bonorum. Itaque hic sicut nec sola: sic nec summa inuenimus ibi: et summa et permixta bona sola vel sola mala esse non dubitamus. Quotiens igitur ex multis bonis vel malis que in hac vita sensus corporeus experit quale vel quantum est illud possit future vite summum bonum siue malum colligatur: et ex horum imaginatione quedam futurorum imago figuratur. Talis utiq; imaginatio rationalis esse conuincitur facile: et ad balam et ad rachel pertinere videtur. Ad balam pertinet in quantum imaginatio est: ad rachel autem in quantum rationalis est. Talis itaque proles et

Capit. XVII.

z imaginationis est per natiuitatem: z rōnis per adoptionē. Huiusmodi enim prolez vna generat: sed altera educat. Ex balaz nanqz nascitur: s̄ per rachel nutrit̄ z moderatur.

De imaginationē: rationē z voluntatem dicimus diuersis modis id accipimus: La. XVII.

Neminē cōturbet q̄ z matrē z prolem imaginationē appello. Sed hoc volo esse iter matrem z filium qd̄ ē int̄ instrumentum z actū. Vel hoc ē inter matrem z prolem qd̄ est iter genus z speciem. Nā genus adiuncta sibi tria ex se speciem generat: quēadmodū copula viri feminā ad prolem secundat. Et sepe instrumentū z eius actionem vno noīe appellamus. Nāz id qd̄ videm⁹ z id quo videmus: visum vocamus: Sic cum rō vel voluntas vel intellectus noīatur: aliquādo instrumentū: aliquādo eius actio intelligitur. Et scim⁹ quidē qz instrumentū semp pl⁹ est q̄ eius actio: z sine ipsa esse potest. Habz ergo actio ab instrumento esse: nō instrumentum ab actione. Vñ nec incōueniēs ē per instrumentū matrē: per actionē autē filius eius intelligere. Imago ergo qd̄ instrumentū s̄gt: est illa vis anime que cū voluerit qd̄libz imaginari potest: hoc instrumento cū ad aliqd̄

Imagi
natio

Richardus de .XII. patriarchis.

Imaginandum mens vrit: actio pculdubio q̄
dam efficitur que filiter imaginatio noiatur.
hec volui breuiter comemorare. Sed in his
diutius imorari no est necesse. Sed nunc ad
prosecutionis ordinem reuertamur.

De gemina speculatione que sur-
git ex imaginatione: La. XVIII.

Primus: quia sola ronnis imaginatio
ad rachel pertinere videt: et q̄ ronalis
no est: eius adoptioe prisus indigna
iudicat. Sed ronalis imaginatio alia est per
ronem disposita: alia intelligente permixta.
Illa vrimur qn scdm iuisibilibium reruz specie
cognita visibile aliquid aliud mente disponi-
mus: nec tamen aliquid ex eo inuisibile cogita-
mus. Ista vero tuc vrimur qn per visibilium
reru specie ad inuisibilibium cognitione ascen-
dere nitimur. In illa e imaginatio no sine roe
In ista intelligetia non absq̄ imaginatione.
Isti sut duo filij bale quoz primogenit? dan
dicif: posterior neptalim nomiatur. Ad dan
itaq; specialiter pertinet cofideratio futuroz
maloz. Ad neptalim autē speculatio futuro-
rum bonorum. Dan nihil nouit nisi corporalia
sed ea tm rimat que longe sunt a sensu corpo-
reo remota. Neptalim p rerum visibiliu for-
mam surgit ad reruz inuisibiliu intelligentia.

L
no
dit

Inferny

Infernalía tormenta longe a sensu corporeo esse nō dubitamus: qz vbi vel qualía sint videre nō possum⁹: sed tamē hoc quotiēs volumus per ministeriū dan pre oculis cordis habemus. Nemo fidelium cū infernū: flāmā gehennae tenebras exteriores: in scripturis sanctis legit: hec figuraliter dicta credit: sed ista veraciter ⁊ corporaliter alicubi ēē nō diffidit. Unde fit nimirū vt quīs hec quispiā añ oculos cordis per imaginationem ponit nō statim eorū significatiōē per spirituale intelligētias quereret: qz hec nō tam figuraliter q̄ historialiter dicta nō dubitat. Recte ergo horū considerationē ad dan specialiter pertinere iam diximus: vbi sola imaginatione opus habemus: quīs ea in tali negotio nō sine rōnis dispositione tractem⁹. Sed cū terrā lacte ⁊ melle manāte: celestis hierl'm muros ex lapidib⁹ preciosis: portas ex margaritis: plateas ex auro legim⁹: quis sani sensus hō hec iuxta lram accipere velit: vnde statim ad spirituale intelligentiā recurrit: ⁊ quid ibi mysticus contineatur exquirat. Vides ne quō hec talis futurorū descriptio ad neptalium tātū pertinere videatur: vt sine intelligentiā sola imaginatio nō posse sufficere minime ignoratur. Recte igit dictum est q̄ ad dan specialiter pertineat con

Richardus de. XII. patriarchis

consideratio futuroꝝ maloz: Ad neptali autē ma-
xime speculatio futuroꝝ bonoz: multa tñ z q̄
de tormēt maloz scripta sūt: mystice sūt acci-
piēda: z multa similiter de future vite bonis:
q̄uis cozpalia describāt simplr sūt itelligēda.

De prima speculatione z ei⁹ pro-
prietate que est ordinare timorem:

Ca. XIX.

¶ **I**llud autē sciendū est imo nec hoc ig-
norari pōt: qz illa cōsideratio meditā-
ti facilius occurrit: que in sola imagi-
natione cōsistit. Nam illa que cum intelligen-
tia sola permisceē quāto subtilior: tāto diffici-
lior inuenit̄. Unde est q̄ dan prior: neptalim
vero posterior nascit̄. Hoc ē autem in hac ge-
mina cōsideratione valde notabile: q̄ dan se-
cū dum pñtium rerū imaginationē verā: rep-
sentat rerū futuraz imaginationē fictā. Ne-
ptaliz vero sepe per descripte rei imaginatōz
fictam: surgit ad intelligentiā verā. Neqz em̄
licet de futuris z inuisibilibus bonis per spiri-
tualem intelligentiaz aliquid fingere falsum:
q̄uis absqz culpa sit tormenta malozū multo
aliter qm̄ sint p imaginationē cernere. Quis
em̄ ea oīno prout sunt contemplari sufficit in
hac vita: sed quis ea pro arbitrio mentis non
qualia sunt sed qualia fingere nouit figuran-

do describit. Unde fortassis hic talis fili⁹ dan iudicium vocatur: qz in tali representacione nō experientie documentū sed sue discretiōis sequitur arbitrium. Nam qñ dan futuraruz rerum representacionem in cuiuscunq; mente ex proprio iudicio format: recte quisq; vt arbitroz artificē talium dan: id est iudicium vocat.

De officio prime speculationis:

Ca. XX.

St enim huius nominis alia ratio q̄
 e forte quanto subtilior: tanto etiam in
 uenitur vtilior. Sancti etenim viri:
 quotiens se sentiunt turpibus cogitationib⁹
 pulsari: z ad illicitam delectationem incitari:
 totiens solent in ipso etiā temptationis aditu
 futura tormenta ante mentis oculos ponere:
 et ex tali cōsideratione quicquid illicitū mēs
 suggerit ante turpem delectationem extingui-
 re. Hoc ergo mō statim in se p cōsiderationē
 pene vlciscunt z damnāt blandimenta culpe.
 Quia ergo per officiū dan illicitas cogitatio-
 nes dephendimus: arguim⁹: damnamus: et
 castigamus: recte eum dan: id est: iudicium
 vocamus. Sed quid hic de turpibus cogita-
 tionibus tm̄ loqimur quādo quidē vanas z in-
 utiles perfecti viri nō leuiter abhominantur:
 ppter illud quod scriptum inuenitur. Ne qui

Richardus de. XII. patriarchis.

cogitatis inutile. Et illud. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum et aufert se a cogitationibus que sunt sine intellectu. Quid ergo quod fieri de his que sentimus non sine quodam illicito affectu quam spiritus sanctus aufert se ab his etiam que sunt sine intellectu. Sepe fit ut in oratione constituti quasdam cogitationum fantasias cum inopportunitate magna se ingerentes corde tolleremus. Sed nunquam eas sine nostra reprehensione negligere debemus: nonne eas oportet acriter arguere: et ut dictum est per representationem penne reprehendere irritationem culpe et cogitationibus cogitationes castigare. Unde scriptum est. Dominus iudicabit populum suum sicut et alia tribus in israel. Ad filios quippe zelophe pertinet disciplina operum vel morum: ad filios ioseph dispositio voluntatum. Ad filios rachel sententia assertionum. Ad filios vero beniamin moderatio cogitationum. Quelibet ergo cognatio quasi in sua tribu iudicatur quam omne erratum per suum simile corrigatur: quam voluntas voluntate emendatur: quam opere castigatur: assertio assertionem corrigatur: quam cogitatio cogitatione deprimatur. Quoties ergo falsum aliquid sentimus: quotiens iniustum aliquid volumus: quotiens inordinatum aliquid agimus: statim nos reprehensibiles esse minime ignoramus. Sed nunquam eorum omnes reprehensione dignos se

Ca. XXI

eē iudicāt: qñ aliqd inutile vel inordinatū cogitant: Multi enī se rephēdūt de puerſo ope vel praua voluntate, pauci sunt qui ſeiṗos di iudicant d̄ inordinata cogitatione. Sed qz pfecti vīri hoc faciūt z facere eos oportet q̄ pfecti eſſe volunt: idcirco iacob predicat vel precipit dicēs. Dan iudicabit populum. zc.

De vtilitate prime speculationis que dolorem ordinat: Ca. XXI.

I enim dan populum suum diſtrictē custodiat: ſi iudiciū diligenter exerceat: fiat vt in ceteris tribubus vix iueniat qd̄ iure dānari debeat. Dēs eteniz que ſtatim in ipſa ſuggeſtione predicat illecebrosā cogitationē nō facile rapit in prauā delectationem: ſicut z culpa que cohibetur ante prauum pſenſū nūq̄ trāſit in actū. Debet ḡ dan p̄ ceteris oībus vigil z diſtrict⁹ in iudicio eſſe vt detur ei in alijs tribubus ex maiori parte abſq̄ lite z diſceptatōe viuere: Sp̄ iueniet dā i ſua tribu qd̄ examīare d̄beat: qd̄ iuſte rephēdat: q̄z uis in alijs poſſit fieri vt aliqñ aliq̄ earū ſine culpa poſſit inueniri. Aliaz nāq̄ culpa ē in voluntate: huius autē exordīatio ſepe eſt in neceſſitate. Nunq̄ enim malū approbo: nūq̄ enī malū p̄ſetio: nūq̄ malū p̄ficō niſi voluero, malū aut p̄ cogitatōz occurrere p̄

Richardus de .XII. patriarchis.

etiam inuito. Sed ad dan pertinet exurgens
malum statim cum p cogitationē pulsat in iu-
diciū adducere: diligenter excutere: depre-
hensum damnare: et deceptoriam cogitationez
ex aliqua alia cōsideratione pcutere: et tēptan-
tia mala ex tormentorū cōsideratione extin-
guere. Vides iam vt arbitror q̄ recte hic fili⁹
dan: id est iudiciū vocetur: de quo solo dubi-
bitatur. Vtrū dā populum suum iudicare ha-
beat: tūz solus si fieri possit ne ceteri habeāt
qd iudicēt nō solum assidue: sed etiā districte
debeat iudicare.

De secunda speculatione et eius proprietate: Ca. XXII.

Ed sicut ad officium dā spectat p re-
sēntationē pene reprimere exurgen-
tia vitia: sic ad neptalim pertinet per
p cōsiderationē premioꝝ inflāmare bona de-
sideria. Virabiliter em̄ animū nostrū nepta-
lum ad eorum desiderium accendit: quotiens
eternorū bonorum imaginē ante mentis ocu-
los adducit. Qd tamē duobus modis facere
cōsuevit. Vtrū nāq; aliqñ translatione: aliqñ
autē cōpatione. Cōpatione quādo ex p̄senti
um bonoꝝ magnitudine vel multitudine col-
ligit illa future vite gaudia qd vel q̄ta ēe pos-
sunt. verbi gratia. In specta sepe sol' claritate

corporeo videlicet lumine: cōsiderat quanta
 erit lux illa futura spiritalis: si tanta tāq̃ mi-
 rabilis est lux illa corporalis. Quāta nāq̃ pu-
 tas erit lux illa que erit nobis cōmunis cū an-
 gelis: si tanta est ista quā habem⁹ cōmunem
 cū bestijs: Qualis erit lux futuray beatorū si
 tails est lux p̃sens miserorū: Itē multiplicita-
 tem bonorū inuisibiliūz conijcit ex multitudine
 bonorū visibiliū. Quot ḡ putamus ea eē
 Sz quis possit ea dinumerare: Quot sūt ob-
 lectamenta oculoꝝ: quot oblectamenta au-
 riuꝝ: ceterorūq̃ sensuū: Quot sunt colores:
 quot odores: quot sapes: Si ergo tot sūt
 delicie corporū: quot erunt delicie spirituum
 beatorū. Si tanta possidemus in tpe: quanta
 sunt que expectamus in eternitate. In hūc ḡ
 modū vti cōpatione: vtitur nihilominus vt
 dictum est translatione: qñ rerū visibiliū quā
 libet descriptionē transfert ad rerū inuisibi-
 liū significatōz: verbī gratia. Audit in scriptu-
 ris noīari lucem sicut de deo scriptuz est. Qu i
 habitat lucē inaccessibleē. Querit ergo que
 sit lux ista icorporea quā inhabitat iuisibilis
 z incorporea dei natura: z inuenit qz lux illa ē
 ip̃a dei sapiētia: quia ipsa est lux vera. Sicut
 em̃ lux ista exterior illuminat oculos corporū
 ita illa absq̃ dubio illuminare cōsuevit oculos

Richardus de XII. patriarchis.

cordiū. Ecce quō neptalim p rex visibiliū q̄li
tatem surgit ad rerum inuisibiliūz cognitiōz.
patet ḡ qm recte scdm vtrāq̄z iterptationē ne
ptalim dicatur. neptalim nāq̄z cōpatio vl' cō/
uersio iterptat. Solet nāq̄z cognitā quālibz
rex visibiliū naturā cōuerrere ad spūalē itelli
gentiā. Quia ḡ pene qcquid scriptū reperit ad
spūalem intelligentiā cōuertit: recte cōuersio
nis nomē accepit. Et itē qz assidue vt dictum
est cōparatione vtitur: recte nihilomin⁹ nep/
talim cōparatio noiatur.

Quid sit familiare seu etiam spe/
ciale speculationi secunde: **Ca.**
XXIII.

Sciendum autē q̄ illud cōtemplatio/
nis genus qd̄ ī pura intelligentiā ver
sat huiusmodi speculatione q̄ p nep/
talim designat quāto subtili⁹: tātō nimirū ex
cellenci⁹ esse cognoscit. Habet tñ huiusmodi
speculatio aliqd̄ singulare: valdeq̄z notabile.
Est em̄ p̄ ceteris rudib⁹ quidē adhuc menti/
bus minusq̄z exercitatis ad intelligendū faci
lior: z ad audiendum iocundior. Si quidem
hec meditāti facilius occurrit z audientē dul
ci⁹ afficit. Est plane z p̄optior in meditatiōe
z affabilior in sermone. Unde p̄ iacob de ne

Ca. XXIII.

ptalim dicit. Ceru⁹ emissus dans eloqa pul-
 chritudinis. Ceru⁹ nanq; dicit ppter currēdi
 facilitatē. Emissus ppter currēdi auiditatem.
 Ceru⁹ animal velox nimis multū currere po-
 test: z multū currere cupit qui emissus ē. Re-
 cte ḡ (ni falloz) neptalim ceru⁹ emissus dicit:
 qz per cōtemplationis ḡram multa pcurrere
 valet: z ppter cōtemplatiōis dulcedinē ml'tū
 ei currere placet. In tanta enīz velocitate ne-
 ptalim ille cōtemplantis animuz: in hmōi tū
 negocio aliquantulum exercitatū: nūc ad sū-
 ma erigit: nunc ad ima deponit: nūc p innu-
 mera rapit: vt ipse animus qui hoc patitur se
 metipsum sepe miret felici magisterio edoct⁹
 q̄ cōuenienter neptalim noster ceru⁹ emissus
 dicit. Notandum sane q̄ recte nō auī volātī
 sed ceruo pede currenti cōparet. Nam auis
 quidā volando longe a terra suspendit. Cer-
 uus autē ad dandos saltus terre innitit: sed ī
 ip̄is suis saltibus longius a terra sepat. Sic
 nimirū: sic neptalim dum per rerū visibiliuz
 formam rerum inuisibilium naturam querit:
 quosdam saltus dare: nō autē ad plenū vola-
 tum cōualescere consuevit: quia in eo q; se ad
 summa erigit: rerum corporearum vmbzam
 secum trabens ima omnino non deserit.

Richardus de. XII. patriarchis

Quanta sit iocunditas secūde spe
culationis: Ca. XXIII.

Ecce quomodo ceru⁹ sit emissus. Sz
e quō dans eloquia pulchritudinis: et
fortassis hoc per exempla euidentius
ostendimus: plenius persuademus. Vult au
dire eloquia pulchritudinis: eloquia suauita
tis: plena decore: plena dulcedine: et qualia
neptalim formare consueuit: vel qualia eū for
mare conuenit. Osculetur me inquit oscu
lo oris sui Fulcite me florib⁹: stipate me mal:
quia amore languero. Fauus distillans la. t.
mel z lac sub ling. t. z odor vngen. tuo. super
omnia aroma. Quid queso dulcius huiusmo
di eloquijs: quid iocundius iuenitur: qd ta
talibus eloquijs libenti⁹: quid audit auidius
Ista verba carnale aliquid sonare videntur:
z tamen spiritualia sunt que per ipsa describū
tur. Sic nouit neptalim carnalia cuz spiritua
libus permiscere: z per corporalia incorporea
describere: vt vtrāq; hominis natura ī eis di
ctis inueniat vñ se mirabiliter reficiat: qui ex
corporea z incorporea natura constat. Hinc
est fortasse q; homini tam suauiter sapiunt: qz
quodāmodo vt dictū est vtrāq; eius naturaz
reficiunt. Illud autē in eius dictis ē valde mi
rabile dignūq; ammiratione q; tunc fere semp

**De utilitate z venustate p̄fecte ve-
recundie: La. XLIX.**

forte nō sine causa fuit: qz p̄ natū
e zabulon de^olye nō filium sed filiā da-
re decreuit: que fratris audaciā blan-
de mitigaret: z furentis animū blandicijs de-
liniret. Habet enī vt ex predictis apparet za-
bulon impetus vastos: z ingentes gerit ani-
mos: s̄ sciūt (vt oēs nouim⁹) femie q̄ viri tu-
mētes aīos blandi⁹ alloq̄: z iratis dulci⁹ blan-
diri. Valde ḡ oportunū videt̄ qz post zabulō
dina nascit̄: vt ex sororis lenitate fr̄is furoz tē-
peret. Vultū em̄ p̄ oēm modū zelantis ani-
mi impetū tēpat: cū in seip̄o inuenit, q̄s vnde
erubescat. Hec utiqz ē rō (ni falloz) cur p̄ za-
bulon dina nascit̄: vt eius modestia frat̄ sui

Ca. XLIX

Impetus tpef. Sz qz dina nil virile nil magni
 ficuz molit: tribu in populo isrl' facere no me
 ref. Immo sepe vt dictu e: du plus iusto con
 fundi metuit ad fortia z virilia no solu no con
 ualescit: sed etia ea ppedire psuevit. Sz qua
 uis pauida sit vtpote femina ad opa fortitu
 dinis: iuenitur tn prouida z circumspecta ad
 custodia honestat. Et qzuis nesciat placere p
 fortitudinē: nouit tn placere p forme pulchri
 tudinem. Est enim dina admirande pulchri
 tudinis: z forme singularis: z que intuentius
 oculos i sui admiratioz facile trahat: z admirā
 tiū aios sua cito dilectioe alliciat. Quis eniz
 ignorat quō modestia verecūdie hoies hoī
 bus z cōmendabiles reddat: z amabiles effi
 ciat. Un nāqz ē qz verecūdos hoies fere sp ce
 teris cari⁹ āplectimur: nisi qz i eis dū verecū
 die modestiam: modestieqz grām miramur:
 dīne qdāmō pulchritudine allitimur: z pul
 chritudinis sue magnitudie in ei⁹ amore cap
 tuamur. Qz singularis hui⁹ dīne pulchri
 tudo: qz celebris ei⁹ dilectio: cui⁹ pulchritudi
 nē pene nemo nō mirat: cui⁹ dilectione pene
 nemo nō delectat. Hui⁹ rei sicheim ille filius
 emoz testis sit: qui ei tam ardentī amore inhe
 sit: vt mallet oēs mares suos absqz mora cir
 cumcidere: qz illam non habere.

Richardus de. XII. patriarchis.

Quomodo verecunda mens mode-
stie metas trāsgreditur cū per super-
biam ⁊ vanaz gloriam corrumpitur:

Ca. L

¶ **Q**z multi hodie sunt qui qđ p deo fa-
cere noluerunt: sepe pro amore dine
facere nō differunt: ⁊ pudendorum
superflua que pro deo amputare debuerant
orta p̄fusionis occasione pro euitāda verecū-
die detrimēto āputare nō tardāt. Et malunt
ī amputādis vite superfluis circūcisiōis mo-
lestiaz subire: q̄ impudentes videri ⁊ sine ve-
recundia esse. Sz quis est sichem: v̄l quis est
pater eius: v̄l quid sibi volunt hmōi nomiaz:
Sichem quidem interpretatur humerus v̄l la-
bor: ⁊ emoz qđ sonat asinus. Sed si eoz fa-
cta cōsulimus: qui sint cicius inuenim⁹. Qui
enim sunt qui solent nō tam pro deo q̄ p di-
na: nō tam pro cōscia q̄ p verecundia pudē-
da sua circūcidere: q̄ in quā alij erunt q̄ amor
pprie excellentie: amor vane glorie. Attende
ergo hunc emoz q̄ sit stult⁹: ⁊ inuenies q̄ re-
cte nuncupetur asinus. Videamus ergo vn-
de extollat: vnde glorie: si de deo qđ nō ha-
bet se habere credit: Hac q̄sto stulticia quid
stultius excogitare poterit. Si autem habet

yoqle
no

audiat quid ei apostolus dicat: Quid habes
 quod non accepisti. Si autem accepisti quid glori-
 aris: quasi non acceperis. Et quidem accepisse
 non accipientis sed veraciter est gloria dantis.
 Quid enim habet homo proprium nisi peccatus:
 et quale est gloriari de malo proprio siue de bo-
 no alieno. Talis utique gloriator quod vere est stul-
 tus tam recte appellatur et asinus. Sed et quod si-
 chem humilis labor dicitur: ad idem pertinere vi-
 detur. Humeris enim onera portamus et hoc
 agendo utique laboramus. Supponit itaque si-
 chem humerum ad portandum: et libenter de-
 sudat: sed ad solum nomen sibi faciendum. Reco-
 lamus modo quod de isachar legimus. Isachar
 inquit asinus fortis vidit requiem quod esset bo-
 na et terram quod esset optima et supponit humerum
 suum ad portandum. Ibi isachar asinum se re-
 putat: et humerum suum ad portandum inclinat.
 hic emor asinus dicitur: et siche laboriosus
 humerum habere demonstrat. Videtis quia
 quod agitur pro leticia vera: totus exercet pro
 leticia vana. Isachar laborat pro requie quod vi-
 det: siche pro laudis vanitate quod concupiscit.
 Recte tamen non laboriosus sed labor appellatur.
 quia per suum laborem ad veram requiem non
 producit. Quod autem recte labor dicatur: te-
 statur labor hypocritarum qui tantum laborant

Richardus de XII. patriarchis.

p adspicēdo vano fauore hominū.

Quō verecunda mēs ab intentio
ne sue rectitudinis deijcit: Ca. LI.

Itē itaq; ille sichē q̄ egredienti dīne
b occurrit oppressamq; corrūpit. Ante
gritatē q̄ quā int^o fortassis obseruare
potuit egressa amittit. Nā quonā verecūdie
venustas ab omnibus fere cōmendat: lauda
tur amat: z dīnā egrediētē: z intīma sua dese
rentē: z q̄ eā humiliare cōsuevit infirmitatis
memoriā cito obliuiscētē subito hominū
laudes excipiunt: z eā dū fauorib^o demulcēt
corrūpūt. Dū em̄ i hūana laude oblata dele
ctat: qd aliud nisi p sichē amorē: scz vane glie
corrūpit. Verūtū tūc dīna corruptionis sue
dāna violētia quadā poti^o q̄ volūtate patit:
cū blādientī prauē delectationi quātū pōt re
luctat. Totiēs em̄ sichē q̄si nolētē opprimūt:
quotiēs mētē cōfusionē sue corrūptōis eru
bescētē: z idcirco fortiter reluctantē etiā iuitā
ysq; ad turpē delectatōz trahit. Sz qd putas
cause accidit q̄ eā intīma sua deserere z ad ex
teriora vagari cōpulit: nisi q; sepe dū infirma
nra nimis erubescim^o: ne forte alij easdē infir
mitates in se sentiant: mirari incipim^o: z vi
det nobis qdā gen^o solaciū inuenisse: si dep

hendamus nos in nra saltē delectatione vel so-
cios hñre. Inde fit vt aliorum studia incipia-
mus curiosius querere: nunc vultum: nunc }
gestum: totiusq; corporis habitum frequen- }
tius circūspicere: eorum occulta ex aliorum }
relatu libenter addiscere. Dum igitur dina ī }
alijs animarum statum ex signis exteriorib⁹ }
deprehendere nititur. quid aliud q̄ sua dese- }
rens ad videndas mulieres foras egreditur. }
forisq; euagatur. Duz ergo dina formas mu- }
lierum curiose circūspicit: alias multum: als }
minus pulchras nimiz inuenit: ⁊ dū secū se- }
pe tacita cōpat q̄ multas pulchritudinis sue }
magnitudie lōge añcedat. Quid mix si appe- }
titus vane glorie eam vehementius pulsat: }
Cuius impetum duz resistendo repellere nō }
sufficit. Quid aliud q̄ viribus sic hem victa }
succumbit.

Quomodo vno eodemq; tempo-
re vnde vna virt⁹ corrumpitur inde
alie virtutes qñq; nutriunt: Ca. LII.

Standū sane q; vno eodemq; tēpo-
re ⁊ dyna corrumpit ⁊ eius fratres ī
suis pascendis pecoribus occupant.
Dens etenim que charitate ceterisq; virtu-
tibus pollet: sicut de suis malis dolere: sic de
priorū bonis gaudere solet. Dū igit; primorū

no
dit

Richardus de. XII. patriarchis.

vitam eorum lustrando bona p̄siderat: suaq̄
cum illorum bonis cōparat: sicut non potest
sepe fauoribus nō fauere: sic de aliorum bo-
nis congratulari erit necesse. **D**ēs utiq̄ pia
dum aliorum profectum: alioꝝ defectum: ho-
rum infirmitatem: illorum perfectionē dilige-
tius intuetur. **V**arijs nimiruz nūc his: nunc
illis vicissim affectibus tangitur. **I**ncipit er-
go pro alijs timere: pro alijs dolere. **D**e his
bona: de illis meliora sperare. **V**idet ī alijs q̄
diligat pro quibus ⁊ gaudeat. **I**nuenit ī qui-
busdaz q̄ iuste abhorreat: pro quibus ⁊ iuste
dolere debeat. **I**n hunc itaq̄ modum dum
affectus boni simplicibus cogitationib⁹ allu-
dunt que ex inspecta ⁊ sibi cōplacita proxio-
rum disciplina hinc inde occurrunt: quid ali-
ud fratres dīne filij lye q̄ pecora sua pascūt:
Vides ne quomodo vno eodēq̄ tēpore ali-
ud operatur verus amor proximi: atq̄ aliud
operatur van⁹ amor sui. **V**erus amor proxi-
mi pascendis pecoribus fratrum pascua pre-
stat: vanus amor sui corruptionis dīne occa-
sionē administrat. **O**z autem patrem nō latet
⁊ prius q̄ ad fratres sermo perueniret: quid
aliud nobis insinuat: nisi q̄ corruptionis no-
ticia animum prius per cogitationē q̄ p̄ affe-
ctum pulsat: **S**z cū res diuti⁹ in corde versat

sepius per cogitationem replicatur: quando
 q̄ vsq̄ ad cordis intima penetrat cordisq̄ af-
 fectum transuerberat. Cum igitur rei sollici-
 tudine animus afficitur: varijsq̄ affectib⁹ vi-
 cissim tangitur: iam vsq̄ ad filios lye fratres
 etiam diuine sermo peruenisse nō dubitatur.

Cum quanta instantia vel caute-
 la corrigenda sit intentio praua:

Ca. LIII.

Ed quomodo putas insaniunt. cum
 f sororis sue corruptionē iaz ignorare:
 vel saltem dissimulare vltterius non
 possunt. Quid enim de eis ait scriptura: nisi
 q̄ irati sunt valde: ⁊ iterum q̄ essent seuiētes
 obstuprum sororis sue: Docet vtiq̄ nos hec
 fratrum ira vel potius insania: quomō q̄sq̄
 debeat irasci: qualiter indignari: quomō seip-
 suz arguere: q̄ acriter increpare: cum se agno-
 scat conscientia suam inani gloriacione fedas-
 se. Debet ergo quicumq̄ est ad sanandū men-
 tis tumorem infirmitates suas ante oculos
 ponere: ⁊ culpas suas (sine quib⁹ nemo hāc
 vitam transit) ad memoriaz reuocare: q̄ ibo-
 nestia sepe in opere: q̄ indigna in ore q̄ imun-
 da verset in cogitatione diligenter attendere
 vt inde manifeste colligat q̄ multa ī suis mo-
 ribus inuenire queat: que iure debeant apu-

Richardus de XII. patriarchis

tari si vere vult et non imprudenter gloriari.
Euz igitur huiusmodi conditionis retractatio mentem reuoluit: quod aliud quam cum filio emor pactum circumcisionis statuit. Nam quid est aliud dicere morum tuorum pudenda abscidere quam masculorum tuorum preputia circumcidere: et quid est aliud dicere: alioquin non poteris vere gloriari: quam alioquin diuine non poteris copulari. Si enim sic habet gloria: si diuina verecundia: quod aliud erit gloriatio impudens. Gloria sine verecundia quam sic habet sine diuina. Recte autem inueterate consuetudinis quam difficile superant: per masculinum sexum designatur. Isti sunt mares quos fratres diuine circumcidi uoluerunt: teste tamen scriptura hanc conditionem circumcisionis sic habet in dolo proposuerunt. Ecce ut facile aduertere possumus nullo modo marito tali sororem suam dare disponebant: et quis propositae conditionis diuinitatem explere potuissent: nullatenus tamen eum tali infirmitate iudicabant dignum. Et quidem si possemus omnia inhonesta nostra de nostra penitus uita amputare: et ab omnibus omnino mundari: nichilominus tamen debemus non de nostris meritis: sed tamen in domino gloriari. Et idcirco forsitan fratres diuine dura ei proponebant: ut eum de sororis sue copula omnino desperarent. Sed patior est sic eum quelibet

aspa tolerare: q̄ ab amate dīne diuortia susti-
nere: Et fit quidez sepe qd̄ z superius p̄locuti
sumus: vt ea que ab aīo extorquere nō potui-
mus: q̄n̄ p̄ deo illa facere disponebamus: ea-
dem ip̄a sit nobis facile p̄ficere cū p̄ eis incur-
rere timem⁹ detrimēta verecūdie.

Quō vel q̄ caute oporteat inten-
tionem mutare: z morū honestatē nō
deserere. Capitulū. LIII.

Uid ad ista dicemus: an forte meli⁹
q̄ erit tacite gemere q̄ aliqd̄ respōdere
q̄ ista negare nō possum⁹: Illud sane
dixerī q̄ dīne fratrib⁹ merito displicuit. De-
rito eos placare nō potuit circūcisio: q̄ non tā
p̄ deo q̄ p̄ dīna: nō tā p̄ institutiōe diuīa: q̄
p̄ verecūdia hūana facta fuit. Valūt tñ ī eis
fuit iuste seueritatis modū excedere: z in vici-
scēda iniuria eq̄tatis mēsurā mīme seruasse.
Merito ḡ iacob incōsultā eoz audaciā redar-
guit seueritatēq̄ tā indiscretā iuste rephēdit.
Quāto sani⁹ erat viros q̄uis nō tā pro deo
q̄ p̄ dīna circūcisos: ad verū dei cultū paula-
tim p̄ducere: q̄ inopinata z repentina morte
p̄cutere. Hic itaq̄ qlibet colligat: hic diligēt
attēdat: quō debeat q̄sq̄ circūcisis suis p̄cere
quos tñ meminī se nō p̄pter deū circūcidisse.

Richardus de. XII. patriarchis.

Qui sunt istiusmodi circūcisi: nisi mores non bona intentione correcti: Nec tamē in talib⁹ debemus morū honesta destruere: sed intentionem mutare. Errant ergo utiq; errant qui abiciūt opera bona: quibus forte ichoata sunt intentione mala. Errantium ergo suorū vltiores huiusmodi quid aliud faciunt quā sup circūcisos cum symeon ⁊ leui irruentes violenter occidunt:

Quā maxima cōsideratione debemus intentionis deprauationē castigare. Capitulū. LV.

Pere p̄ciū est illud etiā diligenter attendere: quā nā mō tā pauci tantā stragem potuerunt efficere. Sed nimirū adiuuit eos electa oportunitas tēporis: quando ipsos circūcisos ⁊ ab istis occidendos oppresserat acerbitas doloris. Ad hoc electus ē dies circūcisionis tertius ille: in quo teste scriptura: dolor solet esse grauissim⁹. Sed quā sūt isti dies: vel cur tantū dicunt esse tres: Si p noctē ignorantia: recte p diem intelligit̄ noticia. Primus itaq; dies ē cognitio eorū quā sunt extra nos. Secundus dies cognitio eorū que sunt intra nos. Dies tertius est cognitio eorū que sunt supra nos. Extra nos sunt corporalia: intra nos sūt spūalia: supra nos diuina. Eorū

itaq; qui se circūcidunt: verūtamē non ppter
 deū hoc faciūt: Prima cōsideratio eē debet
 vel poti⁹ eē solet: cū diligenter attendūt quid
 asperitatis extrinsec⁹ ptulerūt. Scōda cōside
 ratio debet eē quid int⁹ acq̄sierūt p tot cruci
 atus corpis: imo quātū int⁹ veraciter pdide
 runt p neuū sinistre intētionis. Tertia consi
 deratio erit quid retributionis a deo expecta
 re debeāt: quē simulate seruitutis obseq̄o nō
 tam placasse q̄ exasperasse nō dubitāt. Pri
 mo itaq; die cōsideratiōis prime recurrit ad
 memoriā amputata licentia amate psuetudi
 nis: z absq; dubio dolor efficit. Dolor vtiq;
 grauis: qz nō relinquit sine dolore qd possi
 debat cū amore. Scōdo die psideratiōis scōe
 inuenit se anim⁹ p detrimēta corpis puenisse
 ad dāna mētis: z fit vtiq; dolor quāto iustior
 tāto fortassis z grauior. Tertio die cōsidera
 tiōis tertie dephēdit se grauia ptulisse de sen
 tentia ppria: sed grauiora expectare debere d
 sententia diuina. Hic est ille dies terti⁹ i quo
 testante scriptura dolor solet eē grauissimus.
 Quātus em̄ putas dolor mentē transuerber
 rat cū diligenter malū qd ptulit: malū qd cō
 misit: malū qd pmeruit cōsiderat: Malū qd
 pertulit exterius in cruciatu corporis: malū
 qd cōtraxit intus in reatu criminis: malū qd

Richardus de. XII. patriarchis.

peruenit diuinitus i cōspectu creatoris: Profecto nō solum grauit̄: sed etiam grauissime doluit quisquis inutiliter circūcisoꝝ ad hanc diē peruenire potuit.

¶ Mens in omni sua corruptiōe debeat patienter dolere ⁊ de sua correctione nō desperare: La. LVI.

*hol
et
Am*

Ebet tñ mens sui criminis conscia et de sua infirmitate cōfusa ⁊ patienter dolere: ⁊ de sua correctione nō desperare. Oportet eā sane ⁊ dolere de corruptiōne: ⁊ sperare nihilominus de correctione: vt per moderatū dolorē afflicta: ⁊ per spei fiducia erecta: ⁊ satisficiat de p̄terito ⁊ p̄uideat de futuro. Superi⁹ aut̄ iam dixim⁹ quātum dolorē ⁊ spem p̄ symeonē ⁊ leui intelligere debem⁹. Isti sunt duo illi dine fratres symeon ⁊ leui: iniuriarū suarū vltiores seui: Sed vtinā q̄s fortes tā fortent ⁊ discreti. Ad symeonē p̄tinet satisficere de eo qd̄ male factū est: ad leui p̄tinet animū erigere ad id qd̄ i posterū p̄uidendū est. Si ergo doles de corruptiōe: desperes aut̄ de correctiōe: est ibi symeon sed solus: Si aut̄ negligis de satisficiōe mali p̄teriti: speres tñ de cautela futuri: est ibi leui sed solus. Ad tñ ḡ negociū necesse est vt vterq̄ conueniar: ⁊ vterq̄ alteri opem ferat.

Ca. LVII.

Quomodo vel q̄ caute per expro-
bationē peccati vel per exactionem
debiti debeat mens corrupta flagel-
lari: Ca. LVII.

Ed cōsiderandū ē iterū q̄ sepe in eo
f qd fortiter agūt: modū iusti librami-
nis excedunt: Qd facile cōuincimus
ex hoc eoz opere qd inter manus habemus.
Arreptis em gladijs cōfederatos sibi socia-
tis pacto violenter occidunt: ⁊ p vnus pudī-
cicia violata tot viroz tā sbitā stragē fecerūt.
Gladius symeonis exprobratio: gladius leui
est exactio. Solet enim symeon corrupte mē-
ti exprobrare vehementer malū qd fecit. Le-
ui vero solet vehemēter exigere bonū qd fie-
ri oportuit. Quid ḡ est aliud eos his gladijs
pugnare q̄ exprobratiōis ⁊ exactiōis stimu-
lis mentē flagellare: His stimulis quorūdas
mens vehementer accensa: sepi⁹ incōsolabili-
ter plangit: ea etiam que nullo modo potest
euitare. His stimulis exagitata: ea etiaz sepe
inchoare presumit que nullatenus valet con-
summare. Hinc illa quorundā imoderata tri-
sticia: hinc illa etiā indiscreta abstinētia: que
nō solū vires corpīs: verū etiā virtutes eua-
cuat mentis, Quosdā enim seuiente symeone

Richardus de. XII. patriarchis.

vidimus tam irrationabili tristitia absorberi: ut nullius possent aliquatenus consolatione releuari. Alios cognouimus per immoderatam abstinentiam tamen grauius corruisse: ut nulla postmodum deliciarum copia: nulla coquorum diligentia posset eis satisfacere. Ecce bellatores isti: symeon et leui: quomodo pugnant: qualiter se vindicant. Quid est enim eos arreptis gladiis dine amatores interficere: quam exprobratione inestimabili vel exactione impossibili eorumque non solum vires corporis: verum etiam vigorem mentis attenuare: ut per humana saltem verecundia non possit se mens a suis excessibus temperare. **U**n de eis recte per iacob dicitur: Symeon et leui fratres vasa iniquitatis bellantia: In consilium eorum non veniat anima mea: et in ceteris eorum non sit gloria mea. **O** quales bellatores qui dum fortiter egisse videri volunt: pacis sue socios tam crudeliter quam violenter occidunt. **V**asa iniquitatis bellantia: sed in consilio eorum non veniat anima mea. **O** viros incosultos qui dum id presumunt quod efficere non possunt: illud etiam amittunt quod efficere potuerunt. **I**n consilium ergo eorum non veniat anima mea et in ceteris eorum non sit gloria mea. **N**on est bona gloriatio ambulare in magnis et mirabilibus super se: qua possit quasi de sua gloriari virtute. **N**on est inquam homini gloriatio bona. **I**n ceteris eorum non sit gloria

199
Ca. LVIII

mea. Quare? Quia inquit in furore suo occiderunt virum et in voluntate sua suffoderunt murum.

Quo per nimiam afflictionem mens quoque ad impudentiam usque effrenatur:

Ca. LVIII.

Uid ergo pro viri nisi vigor mentis? Quid
q pro murum nisi disciplina intelligit corporis? Vir itaque ille amator digne tunc veraciter occidit: quoniam per afflictionem nimiam vigore mentis exhausto usque ad apertam impudentiam animus effrenatur. Tunc amator digne absque dubio gladio perit: quoniam per afflictionis nimietatem vigor mentis eiusque deficit: ut a suis: ut dictum est: excessibus pro humana saltem verecundia se temperare non possit. Tunc murus destruitur: quoniam per immoderatam abstinentiam rigor prioris discipline penitus dissipatur. Sed hoc est in homini bellatoribus pro omnibus admirabile: imo super omnia detestabile: quod nulli unquam quolibet viri prudentis consilio acquiescunt: imo nec proprie saltem experientie credunt: nec tunc quidem cum iam incipiunt et corpore deficere et corde tabescere. Quorum pertinacia maledictionis iaculo percutitur: cum ad illos per iacob dicitur: *Benedictus furor eorum quia peritinae: et indignatio eorum quia dura.* Virabilis

Richardus de. XII. patriarchis.

ptinacia: sed nō minor insania ab impetu cur-
sus sui: a deuio erroris sui: nō nisi solo ipossi-
bilitatis freno posse retineri. Ecce quō preli-
ari volunt vasa iniquitatis bellantia: Ecce
quāta faciunt: Ecce quāta fiunt p̄ dīna. Pro
dīna masculi circūciduntur: p̄ dīna circūcisi
p̄imuntur. Totum hoc fit p̄ dīna: totū hoc
p̄ humana verecundia.

Q nec ordinata verecūdia sit bo-
na nisi sit ⁊ moderata: Ca. LIX.

Ed miraris forte cū humanā verecū-
diā sup̄ius reprobauim⁹: cur eā mō
ad dīnam p̄tinere doceamus: cū per
dīnā solam ordinatā verecūdiā intelligere
debeam⁹. Sed aliud est homīes p̄pter deū se
erubescere ⁊ aliō erubescere eosdē hoīes p̄pter
seip̄os. Sic luceat lux v̄ra: dicit scriptura: vt
videāt opa v̄ra bona: et glorificet̄ p̄r̄ vester q̄
in celis ē. Bonū est ergo erubescere infamiā:
nō tam ad nostrā q̄ ad gloriā diuinam: ⁊ hoc
est forte dīnā exire: hoīm infamiā p̄pter deū
erubescere. Nam tunc p̄culdubio dīna int̄
inuenitur q̄n de occultis suis etiā coram deo
cōscientia n̄ra cōfundit̄. Hoīes itaq̄ p̄pter deū
erubescere ē bonā verecūdiā habere: ⁊ qualē
non dubitamus ad dīnam pertinere. Vere

Ca. LX

recundia itaq; talis z ordinata est z iuxta aliquid recte humana dici potest: Reuera tamē huiusmodi bona est si non sit nimia. Certe si dina adhuc puula esset vel intra thalami sui secreta seipam cohiberet: corruptiōis maculam nō incurrisset: z tantoꝝ malozū causa nō extitisset.

De principalium affectionum numero: z ordinandi modo cōpēdiosa recapitulatio: Ca. LX.

Ecce est dina que post isachar z zabulon nascit̃: qz post degustatū interne dulcedinis gaudiū: z post verum vitiorū odium: quāto verius: tanto vehemētius quisq; de sua infirmitate confundit̃. Per isachar etenim intelligim⁹ gaudium cōscientie: per zabolon odiū malicie: per dinā venustatem verecundie. Et sunt quidem hi nouissimi tres liberoꝝ lye: quos si cū quattuor supioribus annueram⁹: septē esse absq; dubio iuenimus. Principales em̃ affect⁹ septem eē lōge sup̃ iam diximus: quos cum in nobis ordinam⁹: in numez virtutū redigimur. Prio itaq; ordinat̃ timor: Deinde dolor: Post hos spes z amor. Post hos q̃ttuor ordinant̃ leti

2
no
at

2
na
affectu
principales

Richardus de. XII. patriarchis.

cia et ira: Nouissime aut̄ omniū verecundia. Itaq; nihil aliud ē iacob huiusmodi liberog ex lya genuisse: q̄ animū affectiōis sue mot^o ordinando dignā virtutū sobolē de seip̄o p̄ creasse. Per ruben igit̄ primogenitū iacob: intelligim^o ordinatū timorē. Per symeonē: ordinatū dolorē. Per leui z iudam: ordinatā sp̄ē z ordinatū amorē. Per isachar autē intelligit̄ ordinata leticia. Per zabulon: ordinata ira. Per dinam: ordinata verecundia.

Qz affectus ordinati veraciter sint boni: si sint z moderati: Ca. LXI.

Liendū autē q̄ affectus isti veracit̄ tunc credunt̄ boni qm̄ sunt nō solum ordinati sed etiā moderati. Sepe nā q̄ cū discretionis moderamē excedūt: virtutis nomē amittūt. Sed fortassis hoc melius per exēplum ostendimus. Qua p̄pter de ip̄o frat̄ū primogenito exēplū sumam^o. Lerte si timor imoderat^o periculosus non esset: iacob loquēs ad ruben minime dixisset: Effusus es sicut aqua: nō crescas: qz ascēdisti cubile p̄ris tui z maculasti stratū eius. Si per ruben debemus ordinatū timorē intelligere: cur queso iubet eum iacob nō crescere: nisi qz malum est in quolibet ordinato timore modum equitatis excedere:

Ca. LXII.

Quibus modis timor mensuram equitatis supergrediatur: Ca. LXII.

Nobis autem modis h[uius] filii equitatis me-
 sura sepe supgreditur: aut quia circa unum
 aliquid nimis extenditur: aut quia ad inume-
 ra vel etiam inutilia passim dilata[ur]. Quis iuda-
 neget post peccatoris scel[us] iure timere debuisset?
 Sed illud in eo quod non videat super omnia execrabi-
 le fuisse quod dum in suo timore modum servare no-
 luit vel nesciuit: semetipsum despando malum quod
 corrigere potuit: detestabiliori exitu quam exor-
 dio cumulavit: Sed illa timoris nimietas quae se-
 passim ad multiplicia rerum effundit: facilius decipit:
 Perfecti etenim viris quandoque surrep[er]it. Quis
 namque platonum qualibet perfectus dum subiectis si-
 bi vite necessaria providet: ita sollicitudinis sue
 curas temperet: ut per adversis rerum casibus non
 quam plus iusto formidet: Pertinet autem ad ru-
 ben tunc tamen timor hominum: cum surgit quidem non ex
 amore mundi sed de dilectione proximi. Sed quis
 enumerare sufficiat omnes anticipites incomodo-
 rum casus hinc indeque surgentium: per quibus eum tre-
 pidare cogit: et si non sua: suorum saltem infirmi-
 tas subiectorum: Et quis non videat quam sit diffi-
 le: imo quam pene impossibile iuste formidinis
 metas nunquam excedere: Unde fit sepe ut quanto
 quis prudentior: tanto inveniatur et sollicitior.

1.

2.

no
Jo
17
17

Richardus de. XII. patriarchis.

Et q̄to quisq; nouit p̄spicaci⁹ circūstantium
periculoz casus ancipites p̄spicere: tāto cor
gitur tūmide sollicitudinis sue habenas mul
tiplicius relaxare. De quo ⁊ illud cōueniēter
intelligitur qđ ad ruben per iacob dicit̄: Effu
sus es sicut aqua: nō crescas. Solet enim per
aquā qñq; carnis prudentia: sicut p̄ vinū in
telligi sepe spūalis intelligētia. Hec aq̄ cuiq;
tunc in vinū cōuertit̄: qñ aspirāte deo per ex
terioris scie scalam ad inuisibiliū intelligētiā
subleuat̄: qñ inuisibilia dei a creatura mundi
p̄ ea que facta sunt intellecta cōspiciunt̄. Hu
iusmodi aq̄ cuiq; eo ampli⁹ abūdat: quo ei⁹
anim⁹ i exteriorz scia copiosi⁹ se dilatat. Hec
vtiq; aqua quāto vberi⁹ excrescit dū omnia
caute circūspicit: tanto p̄culdubio formido
lose sollicitudinis siluā densiorē gignit: ⁊ lati
us expandit. Unde recte hic dicit̄: Effusus es
sicut aqua: nō crescas. Cauēdū itaq; sūmope
est cū mūdane scie aqua abūdat: ne multipli
cis sollicitudinis timor vltra mensuras excre
scat.

Ad quā impudētie euagationem
nimius timor mētem prostituat: Ca.
LXIII.

Ca. LXIII.

Erte cū ruben adhuc paruulus eēt:
 c 7 annos pueriles ageret: patrī sui cu-
 bile incestare nō presumpsit: vī quia
 nō potuit: vel quia minime ausus fuit. Adul-
 tus autē in tantā audaciā prupit: vt de ipō le-
 gitur: vt patris sui corrūpet cōcubinā balam
 videlicet rachelis ancillam. S3 si per balam
 intelligit imaginatio: quō putam⁹ hmōi an-
 cilla corrūpit: S3 q̄ ē bale corruptio nisi co-
 gitatiōis inordinata 7 ipudens euagatio. In-
 tāntū enī q̄nq; timor supflu⁹ imaginationē: nō
 dico corrūpit: sed pstituit: vt quidē in tēpore
 oꝝonis a suis se fornicationibus vix aut oīno
 tēperare nō possit. Cū enī pre nimia sollicitu-
 dine inē orādū etiā sepe mūdanoꝝ negocioꝝ
 fantasias mēs p imaginatōez recipit: qd aliō
 bala q̄ ad fornicatōes rubē sinū suū expādit:
 Logita nūc q̄ q̄ sit ineptū: vt eo tpe q̄ debes
 p eternis malis remouendis dño supplicare:
 incipias tēporalia picula tm̄ p oculis habere
 7 illa sola corde reuoluere: illoꝝ ppter q̄ vene-
 ras obliuisci: illa q̄rū obliuisci debueras sola
 reminisci. Hinc ē q̄ mens que pri⁹ solebat se-
 pe per imaginationē sola sibi futuroꝝ bona
 vel mala omni hora anteponere: postmodū
 per supfluū timorem subacta nō possit vī ad
 modicū seculariū curaz incursus a cordis se-

Richardus de. XII. patriarchis.

cretario excludere. Quia igitur sepe per superfluum timorem imaginatio ad tam impudentem cogitationum euagationem deducitur: recte ad ruben pater suus de corruptione bale ei improperando loquitur: Effusus es sicut aqua: non crescas: quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius.

De vi vel efficacia timoris sine quo nec mala deserimus nec bona inchoamus: Ca. LXIII.

T Ed ut de hoc affectu aliquid aperti^o loquamur: maiorem pre ceteris siue ad bonum siue ad malum efficaciam habere videtur. Siquidem ab illo frequenter mens a suo rectitudinis statu deicitur: sed quolibet modo deiecta sine illo nunquam reparatur. Quis enim de quouis peccato quolibet paruo sine timore liberatur? Sine timore mala nostra nunquam deserimus: sine timore bona operari nec saltem inchoamus. Nonne hoc illa iacob verba manifeste loquuntur si recte intelligantur ubi dicitur: Ruben primogenitus meus: tu fortitudo mea: principium doloris mei: primus in donis: maior impio: ubi et illud sequitur de quo aliqua iam diximus: Effusus es sicut aqua. etc. Quomodo autem iste ruben sit primogenitus? vel quomodo sit principium doloris: ex superius iam dictis satis ut arbitror manifestum

Timor

Ca. LXIII

est. Quō autē sit eius fortitudo z cetera q̄ de
 eo dicunt: facile ostendi pōt: Tu inq̄t fortitu-
 do mea. Quis enī vnq̄ in illo plio victor ex-
 titit: vbi spūs aduersus carnē: caro aduersus
 spiritū cōcupiscit: Quis vnq̄ tam numero-
 sum concupiscentiarū suarū exercitū debella-
 uit: si sine timore pugnavit: Recte ergo ru-
 ben primogenitus: qz a timore dñi omne bo-
 nū inchoat. Recte fortitudo dicit: quia per
 timorē dñi cor contra concupiscētias suas ro-
 boratur. Recte principiū doloris sui: quia tī-
 morē dñi vtilis dolor comitatur. Et em̄ do-
 lor animi cuiq̄ su⁹ sit z sibi vtilis existat: ne-
 cesse est vt eum timor dñi precedat. Primus
 inquit ī donis: maior imperio. Anter omnia
 dei dona que ad salutē hominis spectare vi-
 dent: primū z principale donū bona volun-
 tas esse cognoscitur: per quā in nobis diuine
 similitudinis imago reparatur. Quicquid hō
 agat: bonū esse nō pōt: nisi ex bona volūate
 pcedat. Quicquid ex bona voluntate fit: ma-
 lū esse non poterit. Sine bona volūate oīno
 saluari nō potes: cū bona volūate oīno pīre
 nō potes. O donū mirabile: o donū singula-
 re. Hoc est illud primū et principale donum
 qđ p̄mogenito ruben tribuit: qz absq̄ dubio
 p̄ timorē dñi volūtas mala ī bonā cōmutat.

Richardus de. XII. patriarchis

Cur itaq; primus in donis nō sit: q̄ primum
z principale donū accepit. Primum: qz a bona
volūtate om̄e bonū inchoat. Principale: qz
bona volūtate homib⁹ nil vtilius datur.

De principalitate timoris et alijs
affectibus qui quibus principentur
Ca. LXV.

Primus i donis: maior impio. Quis
p hūc ruben maiorē impio p̄ ceteris ne
get: q̄ ceteris oibus fratrib⁹ suis per
sepe impare solet: Ante ei⁹ cōspectū leui ce
dit: qz supueniēte timore spes cadit. Ad eius
imperiiū sepe iudas secedit: Zabulō accedit:
quia cogēte timore: sepe charitas refrigescit:
odiū exurgit. Ad nutū ipsi⁹ isachar egredit̄ z
symeon ingredit̄: q̄a subintrante timore sepe
z gaudiū excludit̄ z dolor admittit̄. Vidim⁹
quō ruben qñq; frīb⁹ suis etiā impare cōsue
uit: videam⁹ quō imperiū suū p̄ ceter⁹ latius
extēdit. Eerte alia sunt q̄ amam⁹: alia q̄ habe
mus odio: s; p̄ vtrīsq; timere solem⁹: dū sepe
ista amittere: illa formidam⁹ incurrere. Diui
dūt itaq; iudas z zabulon in se regnū: s; rubē
se extēdit ad totū: qz ver⁹ amor ad sola bona:
verū odiū ad sola mala: timor effundit se z ad
b̄ z ad illa. Zabulon i sortis sue ptē fratrē suū
admittit symeonē: Pro aduersis siquidē do

lemus: sed nō pro oībus: qz nō oīa sustinem⁹
 Leui q̄ iudas imperio est minor: mlto tamē
 q̄ isachar imperio est maior. Plura enī sunt
 que debemus diligere q̄ que audeamus spe-
 rare. Sed cōstat nihilominus copiosiorē esse
 materiā sperandi q̄ gaudendi: qz habita de
 quibus gaudem⁹: pauca sunt ad ea habenda
 que speramus. Judas itaqz ⁊ zabulon impe-
 riū sui magnitudine ceteros fratres vincunt:
 verūtāmē ad mensurā ruben se extēdere mi-
 nime possunt. Dēs itaqz ruben aīcedit: quia
 ceteris p̄uīus post se longe relinquit. Om-
 nia em̄ que p̄stat hoīes amare: sperare ⁊ odī
 se pro quibus gaudere et dolere solent mul-
 tiplicis timoris ex se causas gignere. Sepe
 enim circa vnam rem quā diligimus: multas
 timēdi causas inuenimus. Quot modis stq̄/
 dem perdi potest: tot timoris occasiones da-
 re pōt. Vultū itaqz ruben iste regnū suū di-
 latat: sed vires ei administrat: nō solū multi-
 plicitas occultoz: sed etiā multiplicitas appa-
 rentiū. De quo etenī securus esse possum: q̄
 nil habeo qd̄ nō pdere possum: qn̄ hic ad sci-
 entie celsitudinē p̄tingo: qui innumerabiliter
 plura nescio q̄ scio. Quia igitur timor ceterū
 affectibus latius diffunditur: recte ruben fra-
 trū cōpatione impio maior eē perhibet: et ne

Richardus de. XII. patriarchis

crescat a patre suo phibetur: Sed eo videlicet tēpore quo sicut aqua effusus erat: quā iaz cubile patris ascēderat: stratū q̄ ei⁹ maculauerat: Ruben inquit p̄mogenit⁹ me⁹: tu fortitudo mea: principiu⁹ doloris mei: prim⁹ in donis: maior impio. Effusus es sicut aqua: non crescas: quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius: Ecce ruben quātū malū presumpserat: quia vltra modū excreuit. Cito magnū periculum incurrit: si timor noster per discretionem non moderatur.

Quō virtutes in vitia vertantur nisi per discretionem moderentur:

Ca. LXVI.

Ic et de alijs affectib⁹ intelligere debemus: piculosos quidē esse: nisi eos inter equitatis metas coerceamus. Certe q̄ malū sit doloris et spei modum excedere: ex predicto symeonis et leui facto facile possumus aduertere: de quibus per iacob dicitur: **B**enedictus furor eorum quia p̄tinax et indignatio eorū quia dura. **C**erte ergo circa oēs debet custodiri: vt nō solū sint ordinati: sed etiā moderati. **T**imor enim nimius sepe cadit i desperationē: dolor nimis in amaritudine: spes imoderata in presumptionem.

amor supfluus i adulteratione: leticia supua
 cua in dissolutione: ira intempata in furorez.
 In huc itaqz modu virtutes in vitia couertu
 tur: si p discretōez minime moderent. Vides
 ne queadmodu cetera qsi oēs vtutes discre
 tiōis vtutē reqrāt ne virtutē nomē amittāt.

Quo vel q̄ sero oriat discretio: cū
 tñ illa sit pma ples rōnis: Ca. LXVII

h Ecce est ille ioseph: qui quidē sero na
 scitur: sed a patre plus ceteris amat.

Quis em̄ nesciat ha bona animi sine
 discretōe: nec posse acq̄ri: nec posse pseruari:
 Verito ergo illa virt² singularit̄ diligit sine
 qua nulla cōquir̄t: nulla cōsummat: nulla cō
 seruat. Sed vix sero talē filiū accipere mere
 mur: qz ad discretionis pfectionē nō sine ma
 gno vsu: nō nisi per magna expimēta erudi
 mur. Prius nos oportet i singulis virtutib²
 exerceri: z qd vel quātū in vnaquaqz possim²
 expiri: q̄ possim² de oibus plenā sciētā acci
 pe: z de singulis sufficienter iudicare. Multa
 quidē de discretiōe legendo: multa discimus
 audiēdo: multa ex insito nobis rōnis iudicio:
 verūtamen nunq̄ de hac ad plenū erudimur
 sine multiplicis expientie magisterio. Post
 omnes sequi oportet: qui de omnib² iudicare

Richardus de. XII. patriarchis.

debet. Primum ergo est ut satagamus singulis virtutibus studium frequens impedere: quod dum facimus necesse est nos sepius cadere: oportet nos sepe resurgere: et per frequentem lapsum addiscere: qua vigilantia: qua cautela oporteat virtutum bona acquirere vel custodire. Sic sic dum longo usu virtutum disciplina addiscitur: quoniam mens diu exercitata ad plenam mox discretionem perducitur: et quasi de nato ioseph iure letatur. Ante huiusmodi natiuitatem eius fratres dum adhuc omnia sine discretionem agunt: quanto ultra vires suas multa presumunt: tanto sepe deterius atque deformius ruunt. Unde est sicut iam diximus quod post eos dina nascitur: quia frequenter et deformiter lapsu pudoris confusio comitatur. Sed post natam dinam quasi per confusione ignominiam fratres sui inveniunt et quasi per experimentum addiscunt: nihil melius est quam consilio regi: quia melior est vir prudens viro forti. Vir enim prudens loquitur victorias: et qui cum consilio cuncta agit: in eternum non penitebit. Cum igitur consilium necessaria utilitas per experimentum cognoscitur: et per studium attentius queritur: Ioseph quodammodo nascitur: per quem virtus discretionis intelligitur. Patet autem ratio cur ancillam nullam: cur nec ipsa quidem lea: sed Rachel sola potuerit talem filium gignere. Siquidem non est sensualitatis: non imaginationis: non tenetque ipsius affe-

tionis: sed soli⁹ est ratiois discernere sicut et
intelligere. Si igit^r p rachel ratioⁿe intelligi
mus: cur nō nisi de rachel ioseph nasci possit
citi⁹ inuenim⁹: qz qz de sola ratioe oriat^r discre
tio minime dubitamus. Talis proles de tali
matre: ioseph de rachele: discretio de ratioe.

De discretionis vtilitate et de eius
pprietate: Ca. LXVIII.

b Ecce est ille ioseph qui solus inter fra
tres tunica talari vestitur: qz sola illa
actio ad cōsumationis talū debitiqz
finis terminū pducit: que p discretionis pru
dentiā moderat^r. Hic est ille ioseph: qui a pa
tre plus cūctis fratrib⁹ amat: qz cūctarū vir
tutū virtus custos ceteris iure pferit. Hic est
ille ioseph somniator: somniorū qz interpreta
tor: qz vera discretio in ipso tēptatiois articu
lo: inter ipa suggestionū fantasmata: ex eorū
qualitate futura picula dephēdit: et alijs qui
buslibet ad cogitationū suarū cōfessionē imi
nentium malorū insidias detegit: et de futuris
piculis cautos reddit. Hic est ille ioseph quē
emulant^r sui: venerant^r alieni: quē vendūt he
brei: emūt egyptij: qz citi⁹ p silio acq̄escūt: fa
ciliusqz aliene prudētie cedūt: error⁹ sui tene
bras cogscētes: qz de sua iusticia vel prudētia

Richardus de. XII. patriarchis.

psumētes. Hic est ille ioseph spōsus v̄ginis: amator nō violator castitat: qz discretio custos virtutū: non corruptor esse solet interne puritatis. Hic est ille ioseph puer et nūcius q̄ beato Job in omni p̄secutiōe sua solus remanere potuit: q̄ ei p̄petrata damna statim renūciare studuit: qz nisi p̄ discretōz virtutū dāna anim⁹ nō cognoscit nec corrigit. Nescit et puer ille cū peuntib⁹ p̄ire: qz nescit discretio per rerū detrimēta p̄ temptationū argumēta dēfendere: sed p̄ficere. Quāto em̄ acriorib⁹ tēptationib⁹ v̄gemur: quāto qz crebriorib⁹ piculis exercemur: tanto p̄fectius ad discretionē erudimur. Et sepe aliaz virtutū damna discretionis sūt lucra. Nouit itaqz ioseph nō solū cū crescētibus crescere: nō solū cū p̄ficientibus p̄ficere: verū etiā ex fratrū defectu ad p̄fectū tendere: et ex alioz detrimētis prudētie lucra acquirere. Verito ergo talis fili⁹ ioseph nūcupat. Ioseph siquidē augmentū interpretat. Unde recte per patrē eius de ipso dicit: Filius accrescēs ioseph: filius accrescens et decorus aspectu. Recte itaqz augmentū nominat. Recte fili⁹ accrescēs dicit: q̄ sp̄ augmēta tur cui⁹ incremētū vsqz in finē nō finiet.

Qz sit vtile et qz difficile mentem

discretionī pfecte obtemperare. Ca-
tulū. LXIX.

Quanta aut huius virtutis sit excellē-
q tia: testant̄ ipsa ioseph somnia: testā-
tur patris eius verba: vbi legit̄: **Nū**
ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te
sup terrā: **Hūc** ioseph ⁊ pater ⁊ mater ⁊ frēs
adorāt: qz aut spontanea volūtate: aut coacti
necessitate qñq; discretiōi obtēpant. Per dis-
cretionē siquidē sol ille mundi intellectualis:
interior oculus cordis: intētio videlicz mētis
dirigī: p discretionē ipsa de qua orit̄ subtili-
tas rōnis acuit̄: p discretionē tota illa virtutū
fraterna germanitas modificat̄: ⁊ virtutū q-
libet q̄ ei⁹ cōsilio nō acquiescit: que se discre-
tionī nō subdit: citius virtutis nomē amittit.
Ipse est q̄ fratrū suor̄ negligētias non negli-
git: ipse est q̄ frat̄ suor̄ excessus arguit. Ip̄o
p̄nte nō licet eis quicq; vltra vires p̄sumere.
Ip̄o p̄nte nihil p negligētā p̄termittere. In
eius p̄ntia non licet eis siue ad dextrā siue ad
sinistrā declinare: nihil segnit̄: nihil p̄cipitater
agere: nihil añ tēp⁹ p̄sumere: nihil vltra t̄pis
oportunitatē differre. **Hūc** illa inter ipsum ⁊
fratres discordia grauis: ⁊ ira pene implaca-
bilis: de qua scriptura non tacet cū manifeste

Richardus de. XII. patriarchis.

pronūciat: Quia oderāt eum fratres sui: nec poterāt ei quicq̃ pacifice loqui. Bonita enī ioseph vident̃ eis valde grauiā: dura instituta z psilia ipor:tabilia. Quid enī duri⁹: qđ difficili⁹: q̃ nil faciēdū negligere: z i oī suo facto nunq̃ modū pturbare: nūq̃ ordinē psūdere: nūq̃ mēsurā excedere: Cred̃ m̃ nil a se anim⁹ difficilius extorquet: q̃ vt in omni affectione sua modū seruet. Sepe eteniz fratres ioseph magnū aliquid moliunt̃: dum eis vndiq̃ acclamať: euge euge: solent nō solum ad vtilia: verū etiā ad impossibilia conatus sui manus extendere. Frequēter siquidē animi affectus ex hmōi adulantīū acclamatōe: ad imodera tam psumptionū audaciam effrenat̃: immo etiam multotiens per ipsam mentis intentio deprauata vsq̃ ad hypocrisis crimen deducitur atq̃ deicit̃. Hoc est illud crimen pessimū z pre ceteris abominandū: quia deo ps omnibus odiosū: de quo ioseph fratres suos apud patrem accusat: sicut scriptura ipsa manifeste declarat: cum dicit: Accusauit ioseph fratres suos apud patrē suum crimie pessimo. Vitiū quod deus singulariter detestat̃: nulluz aliud q̃ hypocrisis rectius intelligitur: Augustino nāq̃ attestante: qui dicit: Simulata equitas non est equitas sed duplex iniquitas. Hoc vi

hypocrisis

[Augg]

Ca. LXX.

ritium per ioseph detegitur: quando insidians malū per discretionē reprehendit & arguitur. Hoc vitium tunc filios corrumpit: hoc vitium tunc pater corripit & corrigit: quādo affectus tangens durius pulsatur: & diutius occupat: verūtamē animū vsq; ad cōsensum nō inclinatur.

De multiplici officio vere discretiōis. Capitulū. LXX.

Pertinet itaq; ad Ioseph non modo hoc vitium: sed quodlibet insidians malum et latens adhuc prouide circūspicere: caute prouidere: callide reprehendere: citi⁹ detegere: & acerbius arguere. Ad officium ioseph spectat cura & custodia omnium fratrum suorum. Ad ipsum spectat disciplina singulorū. Ad ipm pertinet dispositio gerendorū. Ad ipm etiā pertinet prouidentia futurorum. Ad eius officium pertinet diligēter attendere: frequēter discutere quātū animus quotidie proficiat: vel quātum forte deficiat: quibus cogitatiōibus magis incurset: quibus affectibus frequēti⁹ tangat. Ipse debet nō solū vitia cordis: verū etiā inualitudines corpis perfecte cognoscere: & sicut quod vnūquodq; exigit salutis remedia querere: quæ sita adhibere. Ipse nosse oportet nō solū vitia sua: sed & gratiarū munera: & virtutū merita: & ipsa diligēter distinguere.

Richardus de. XII. patriarchis.

z que sint bona nature: vel q̄ bona gratie subtiliter pensare. Promptū habere debet quibus rēptationū machinis malignus spūs eū impugnet: quātis spūaliū gaudioꝝ cōsolationib⁹ abundet: q̄ frequēter eū diuin⁹ spirit⁹ visitet: quō ab ip̄o cū sit vn⁹ nō tñ vniformit̄ eodēq̄ mō semp tangit: sed nunc spū sapientie: nūc spū intellect⁹: nūc spū cōsilij: vel alijs quibuslibz eius affectibus replet. Et vt totū breuiter cōcludā: debet hic noster ioseph totū interioris z exterioris hominis statū z habitum inquātuz possibile est plene cognoscere: nec solū qualis sit: verū etiā qualis esse debeat subtiliter querere z diligēter inuestigare.

De gemina prole rōnis: gratia videlicet discretiōis: z gratia pfecte cōtemplationis. Cap. LXXI

Er hunc itaqz ioseph anim⁹ assidue p erudit: z qñqz pducit ad plenā cognitionē sui: sicut p vterinū eius fratrem beniamin, qñqz subleuat ad cōtemplationē dei. Sicut em̄ p ioseph gratiā discretiōis: sic p beniamin intelligim⁹ gratiā ptemplatiōis. Alterqz d̄ eadē matre nascit: qz z dei cognitio e sui ex ratione pcipit. Longe post ioseph beniamin gignit: qz anim⁹ qui in sui cognitione

diu exercitatus: pleneq; eruditus non est: ad
 dei cognitionē nō sustollitur. Frustra cordis
 oculū ad deū videndū erigit: qui nondū ido-
 neus est ad videndū seipsū. Prius discat hō
 cognoscere inuisibilia sua: q̄s presumat posse
 apprehendere inuisibilia diuina. Prius est vt
 cognoscas inuisibilia spūs tui: q̄s possis esse
 idoneus ad cognoscendū inuisibilia dei. Alio-
 qn si nō potes cognoscere te: q̄ fronte p̄sumis
 apprehēdere ea que sunt supra te:

Quō p plenā cognitionē sui: ani-
 mus subleuat ad cognitionem dei.

Capitulū. LXXII.

Recipiuū z principale speculū ad vi-
 dendū deū est anim⁹ rōnalis q̄ absq;
 dubio inuenit seipm. Si em̄ inuisibi-
 lia dei p ea que facta sunt intellecta p̄spiciun-
 tur: vbi queso q̄s in ei⁹ imagine cognitiois ve-
 stigia exp̄ssius impressa repient: Hōiem fm̄
 animā ad dei imaginē z similitudinē factū le-
 gimus z credim⁹: et idcirco q̄s diu p fidē et nō
 p speciē ambulam⁹: q̄s diu adhuc p speculum
 in enigmate videmus: ad eius vt ita dixerim
 imaginariā visionē ap̄rius speculū q̄s spiritū
 rōnalē inuenire nō possum⁹. Ergat ḡ specu-
 lū suū: mundet sp̄m suū q̄s q̄s sitit videre deū.

Richardus de. XII. patriarchis.

suū. Hoc itaq; speculū nō desinit ver^o ioseph
tenere: tergere z indefinēter aspicere. Tene-
re: ne deorsuz corruens terre p amorē inhere-
at. Tergere: ne inanium cogitationū puluere
sordescat. Inspicere: ne ad inania studia intē-
tionis sue oculū reflectat. Exterso aut specu-
lo z diu diligēter inspecto: incipit ei quedam
diuini luminis claritas interlucere: z immen-
sus quidaz insolite visionis radius oculis ei⁹
apparere. Hoc lumē oculos ei⁹ irradiauerat
qui dicebat: Signatū est sup nos lumen vul-
tus tui domine: dedisti leticiā in corde meo.
Ex hui⁹ igit luminis visiōe quā admirat: in
se mirū in modū accendit animus: z animat
ad videnduz lumen qd est sup se. Ex hac inq;
visione videndi deū flāmā desiderij concipit
z fiducia sumit. Vens itaq; que iaz visionis
hui⁹ desiderio flagrat: si iam sperat qd desi-
derat: iam se beniamin concepisse cognoscat.
Sperādo em̄ concipit: desiderando pturit: z
quāto amplius crescit desiderium: tanto ap-
propinquat ad partū.

Q̄ sit arduum vel q̄ sit difficile
gratiam cōtemplationis obtinere.
Capitulū. LXXIII.

Ca. LXXIII.

Ed scimus nihilominus: nam et hoc
 scriptura docente didicimus: qz spes
 que differē affligit animū. Nihil em̄
 sic affligit animū quō impatiēs desiderium.
 Quid autē hui⁹ visionis dulcedine expectat
 salubrius: quid sentit̄ suavius: quid animus
 expitur iocūdi⁹? Nōuit hoc rachel: nā nec ra
 tionē hoc latere pōt: qz in hui⁹ suauitatis cō
 patiōe oīs dulcedo amara est. Hinc est q nec
 studiū suū laxare: nec desiderū suū tempore
 potest. Hinc illa tāta parturiētis anxietas: et
 doloris imensitas. Un̄ nāqz putas tanta do
 loris magnitudo: nisi ex idēsincti studio: z i
 patienti desiderio: Crescit quotidie ex desi
 derio labor: z ex labore dolor. Augmentatur
 assidue ex studio desiderū: z ex desiderio stu
 dium. Scit tamē rachel hoc studiū supra vi
 res suas esse: nec tamē valet studiū suū vel de
 siderū tempore. Ad tantā nāqz gratiā nunqz
 ptingit mens per ppriam industriam. Dei est
 hoc donum: nō hominis meritū. Sed absqz
 dubio talem tantamqz gratiam nemo accipit
 sine ingenti studio: z ardenti desiderio. Nō
 uoit hoc rachel: z idcirco studiū multiplicat: et
 desiderium suum quotidianis incrementis
 acrius inflāmat. In tanta namqz quotidia
 ni conatus anxietate: et in huiusmodi do

Richardus de. XII. patriarchis.

loris imensitate: et beniamin nascit: et rachel morit: qz cū mens homis supra seipsā rapit: omnes hūane ratiocinatiōis angustias supgredit. Ad illud em̄ q̄ sup se eleuata ⁊ in exta sim rapta: de diuinitatis lumie conspicit: oīs hūana ratio succūbit. Quid em̄ est rachelis interitus: nisi ratiōis defectus?

De illo contēplationis genere qd̄ est supra rationē. Ca. LXXIII.

Eniamin itaqz nascente: rachel morit: qz mens ad p̄tentionē rapta: quātus sit humane ratiōis defectus expitur. Nōne rachel tūc mortua erat: ⁊ oīs hūane ratiōis sensus in ap̄lo defecerat cū dicebat: Siue ī corpe: siue extra corpus: nescio deus scit: Nemo ḡ se existimet ad illi⁹ diuini lumis claritatē argumētando posse penetrare: Nemo se credat hūana ratiocinatiōe illud posse cōprehēdere. Si em̄ aliqua argumētatiōe adiri potuisset lumē illud diuinū: utiqz īaccessibile nō fuisset. Deniqz apostolus gloriatur ad illud se non quidē ille: sed absqz dubio raptū fuisse: Scio inq̄t hoīem siue in corpore siue extra corp⁹: nescio: deus scit: raptus h̄mōi vsqz ad tertiū celū. Sed qd̄ est hoc tertiū celū: Qd̄ est iter terrā ⁊ celū: hoc est inter

Ca. LXXIII.

corpus z spiritū. Sed alia est dignitas spūs
humani: alia est spūs angelici: z longe alia est
dignitas spūs diuini. Hūani siquidez spiritus
dignitatē: qui subiacet pene z culpe: supgre
dit lōge vtriusq; expers excellētia: scz angeli
ce nature: sed incōpabiliter vtrosq; pcedit spi
ritus ille qui fecit vtrūq;. Ad horū igit celoz
quodlibet cuiusuis animus tūc veracit erigit:
quā terrenaz cogitationū ima deserēs: in eozū
cōtemplatiōe defigit. Ad primū itaq; celum
ptinet cognitio sui. Ad secūdū pfecta cognitō
creature. Ad tertiu aut ptinet cōtēplatio dei.
Ad hoc itaq; tertiu celū quis putas ascendit:
nisi qui z descēdit: filius homīs qui est ī celo:
Itaq; z si sint q; ascendūt vsq; ad celos: z de
scendūt vsq; ad abyssos: non tñ ascendūt nisi
forte ad primū z secūdū: Nō em̄ possūt vsq;
ad tertiu. Ad hoc vtiq; celū homīes rapī pos
sunt: nā ipsi ascēdere oīno nō possunt. Possu
mus tñ illā que in hac vita haberi pōt dei co
gnitiōne tribus gradibus distinguere: et fm̄
triplīcē graduū differentiā p tres celos diui
dere. Aliter siquidez deus videt p fidē: aliter
cognoscit p rationem: atq; aliter cernit p cō
templatiōne. Prima ergo visio ad primū ce
lū: secūda ad secūdū: tertia ptinet ad tertiu.
Prima est infra rationē: secūda cū ratōe: ter

Richardus de. XII. patriarchis.

tia est supra rationē. Ad primū itaq; z secundū cōtemplatiōis celū homīes sane ascēdere possunt: sed ad illud qđ est supra rationē: nisi p̄ mentis excessum supra seipsos rapti nunq; p̄tingūt. Qđ aut̄ p̄ beniamin illud cōtemplatiōis genus qđ supra rationē est: intelligere debeamus: ex matris eius morte cōueniēter satis conijcere possumus.

De supeminentia spiritualiū theolarum. Capitulū. LXXV

Dhmōi ergo cōtemplatiōis celsitudinem quelibet creaturarū cognitio angusta est: z in imo iacet: z terre more in celī respectu vix puncti vicem tenet. Ad cognitionē siquidez creatoris quātalibet cognitio creaturarū quid aliud est: q̄ terra ad celū: q̄ centrū ad toti⁹ circuli ambitū: Habz tñ hec fra inferior: id ē inferior scia mōtes et colles: cāpos z valles: qz fm differentiā creaturarum: erit z differētia scientiar. Et em̄ ab imo incipiam⁹: magna est distantia inter corpus z corpus. Siquidē sunt corpora terrestria: sunt z corpora celestia. Maior tñ est distātia cuiuslibet corporis ad spiritū q̄ quozūlibet dissimiliū corporū ad alia corpora. Sed ip̄o

Ca. LXXV.

rum spirituū alij sunt rationales: alij autē ir-
 rōnales. Oculos ergo q̄si in imo defixos ha-
 bere vident qui sola adhuc corporea mirant:
 Sed iam quasi ad alta ascendūt: qui se ad spi-
 ritualiū inuestigationē cōuertūt. Anim⁹ qui
 ad scientie altitudinē nititur ascēdere: primū
 ⁊ principale studiū sit ei seipsum cognoscere.
 Magna altitudo scientie est seipm pfecte co-
 gnouisse. Mons magnus ⁊ altus: plena co-
 gnitio rōnalis spūs. Omnium mūdānarū scien-
 tiarū cacumina mons iste trāscēdit: oēm phi-
 losophiā: oēm mūdi scientiā ab alto despicit.
 Quid tale aristoteles: qd tale plato inuenit:
 Quid tanta philosophorū turba: tale inueni-
 re potuit: Vere ⁊ absq̄ dubio si hunc montē
 ingenij sui acumine ascēdere potuissent: si ad
 seipos inueniēdos eorū eis studia suffecisset:
 si seipos plene cognouissent: nunq̄ idola co-
 luisent: nunq̄ creature colla inclinassent: nū-
 q̄ contra creatorē ceruicem erexisset. Hi de-
 fecerūt scrutātes scrutinio: ⁊ in hūc montē in-
 nime ascendere potuerunt. Ascendat homo
 ad cor altum: et exaltabitur deus. Disce ho-
 mo cogitare: disce cognoscere teipsū: ⁊ ascen-
 disti ad cor altū. Quātū quotidie in tui cogni-
 tione proficis: tantū ad altiora semp tendis.
 Qui ad perfectam cognitionem sui perue-

Richardus de. XII. patriarchis.

nit: iam montis verticē apprehendit.

Quā sit rarū vel quā sit iocū dū spiri-
¶ Duo itaq; ex his in imaginatione consistunt: qz solis sensibilib⁹ intēdunt, Duo in ratione cōsistunt: qz solis intelligibilib⁹ insistent. Duo vero intelligentia subsistūt: quia solis intellectibilib⁹ intendūt. Sensibilia dico quelibet visibilia z sensu corporeo pceptibilia. Intelligibilia tñ dico inuisibilia z hūane ratiōi cōprehēsibilia. Intellectibilia hoc loco dico inuisibilia: z hūane ratiōi incōprehēsibilia. Ex his ergo ptemplationū generib⁹ quattuor inferiora versantur maxime in rebus creatis: duo vero sup̄ima in rebus increatis atq; diuinis. Itē ex his quattuor duo sup̄iora versantē circa inuisibilia: duo vero infima circa visibilia: atq; corporea. Infima nāq; duo pculdubio versantē in reb⁹ visibilib⁹ atq; creatis. Duo autē sūma maxime versantē in reb⁹ inuisibilib⁹ z increatis. Duo vero media maxime in reb⁹ inuisibilibus atq; creatis. Maxime idcirco dixi: qz circa inuisibilia atq; creata sunt quedā que ab hūana ratiōe nullaten⁹ cōprehēdi possunt: z fm hoc inter intellectibiliū numerū currunt: et se fm

13
hoc ipſum ad duo ſuprema cōtemplationū ge-
nera poti⁹ p̄tinere oſtendūt. Similiter circa
ſumma illa ⁊ increata vident̄ quedā eſſe hūa-
ne rationi puīa: ⁊ ſim hoc quidē inter intelli-
gibilia deputāda: ⁊ ob hoc ipſum medijs illis du-
obus p̄tēplationū generib⁹ maxime accōmo-
dāda. Duob⁹ itaq; p̄imīs cōmune hoc eſſe
videt̄: qđ vtrūq; eorū circa viſibilia verſat̄.
Terūtāmē in hoc maxime vident̄ differre: qđ
p̄imū quidē ſolet ſine vllō ratiois officio im-
pellente admiratione huc illucq; diſcurrere.
In ſecūdo autē ad ea que p̄ imaginē in mente
verſant̄: ratio querit̄ ⁊ assignatur: vel p̄t⁹ fa-
miliariter nō in admirationē adducit̄. Secū-
dum ⁊ tertiuū hoc habēt cōmune: ſed p̄ ceterū
ſingulare qđ in vtroq; pariter ſibi cōmiſceri
vident̄: imaginatio cū ratione: ratio cū ima-
ginatione. Differunt autē in eo: qđ in ſcdo qđ-
dem ad viſibilia ratio (vt dictū eſt) querit̄ et
accōmodat̄: in tertio vero ad inuiſibilem in-
ueſtigationē ratio a viſibilib⁹ trahit̄: ⁊ in illo
ſepe ex viſibilibus ad inuiſibilia erudimur: ⁊
alia ex alijs cōiūcimus: in iſto ex viſibilū in-
ſpectatione ad inuiſibilem cognitionē p̄mo-
uemur. Tertio ⁊ quarto cōſtat eē cōmune in-
uiſibilib⁹ intelligibilib⁹ intendere. Sed in eo
vtrūq; differre qđ in tertio quidē miſcetur ratio

Richardus de arca mystica.

cū imaginatione. In quarto autē intelligentia pura cū ratione. In quarto et in quinto ratio et intelligentia in vnū cōcurrūt: et in hoc maxie cōueniunt: s̄ in quarto ex rōne et intelligentia puenit. In quinto vero ratio nūq̄ intelligentiā puenit: sed subsequit̄: vel vt multū comitatur. Nā qd̄ ex diuina inspiratione pri^o agnoscitur: rationis postmodū attestatiōe firmatur. Quinto et sexto cōiter accidit: qd̄ vtrūq̄ eorū in itellectibilib⁹ p̄sistit. Sed quinto qd̄ hūana ratio videtur satis cōsentanea. Sexto autē omnis humana ratio videt̄ esse cōtraria: nisi fuerit fidei admixtione suffulta.

Que sunt singulorū ppria: Ca. VIII.

Propriū est p̄me cōtēplatiōni simpl̄r
p et sine vlla ratiocinatiōe visibiliū admira-
tatiōe inherere. Propriū est scōde
visibiliū rerū rōni ratiocinādo insistere. Pro-
p̄riū est tertie p̄ visibilia ad inuisibilia ratiocinādo ascendere. Propriū est q̄rte ex visibili-
bus inuisibilia rōcinādo colligere: et p̄ expro-
rū intelligentiā ad noticiāz ignotoz p̄ficere.
Propriū est quinte itellectibilū intelligentiā
rationi admittere. Propriū est sexte itellecti-
biliū intelligentiā omnē hūanā rationē trāscē-
dere: et quasi ab imo calcare. Cū sit autē trib⁹
primis p̄tēplatiōnū generib⁹ cōe: sine imagi-

natione non esse: in p̄mo imaginatio q̄si infra
 rōnē subsistit. In sc̄do rōnē excipit. In tertio
 imaginatio: ad rōnē ascēdit. Itē cū sit tribus
 vltimis cōmune sine pura intelligentia non
 esse in eorū primo: hoc est: in quarto ipsa in-
 telligētia rationi se inclināt. in q̄nto rationem
 ad seip̄am leuat. in sexto intelligētia rationem
 transcēdit: ⁊ quasi sub seip̄a deserit. Item cuz
 sit quattuor medijs cōmune sine ratiocinati-
 one non esse: In secundo cōtēplationis gene-
 re ratio imaginationi quasi ad ima condescē-
 dit. In tertio imaginationem secum quasi ad
 altiora trahit. In quarto intelligentiaz quasi
 sub se descendente excipit atq; concludit. In
 quinto ratio quasi supra se ad intelligentiam
 ascēdit: ⁊ ei in suis sublimib⁹ alludit. In p̄mo
 itaq; imaginatio in seip̄a requiescit: quemad-
 modū ⁊ intelligētia. In sexto se ad seip̄ā col-
 ligit: ⁊ in seip̄a subsistit. In secūdo ratio sub
 seip̄sam descēdit. In quinto eadez ipsa supra
 semetipsam ascēdit. In tertio imaginatio su-
 pra semetipsam ascēdit. In quarto intelligē-
 tia infra semetipsam descendit. In p̄mo ima-
 ginatio tenet locū infimū ⁊ solitarium. In se-
 cūdo ratio descendit ad imum. In tertio ima-
 ginatio ascendit ad summum. In quarto in-
 telligētia descendit ad imū. In quinto ratio

Richardus de arca mystica.

ascendit ad summū. In sexto intelligentia tenet locū solitariū ⁊ summū.

Qua sibi queq; pportione respondeant: vel quomō inuicēz permisceri soleant: Ca. IX.

Ordū sane q̄ sicut nouissima duo ascendunt supra rationem: sic media duo ascendunt supra imaginationēz.

Et sicut illud sublimius nouissimorum nulla pene solet humanā rationē admittere: sic illō sublimius mediorū debet oēm a se imaginationē excludere. Et sicut illud inferi⁹ duorum nouissimorū ⁊ supremorū cōsistit supra rationē: nō tamē p̄ter rationē: sic illud inferi⁹ mediorum duorū ascendit supra imaginationē: cū tamē nō sit p̄ter imaginationē. Itē sicut duo media infra purā ⁊ simplicē intelligentiā descendūt: sic duo prima ⁊ infima infra ratiocinationē descendūt. Simplicē intelligentiā dico: que est sine officio ratiōis: purā vero que est sine occasione imaginatōis. S; sicut illud sublimius duorū mediorū infra simplicez intelligentiam descendit: nō tamen infra subsistit: qz illorū in quibus versat: alia simplici intelligentia cōprehendit: alia ratiocinādo colligit: sic illud sublimius duorū infimorum vī

Liber I

Ca. IX.

detur infra ratiocinationē descēdere: nō tamē
 infra illam subsistere: qz alia solet p imaginati
 onē rēp̄sentare: z alia ratiocinando colligere.
 Itē qz sicut illud inferius duozū mediorū so
 let infra simplicē intelligentiā descēdere atqz
 subsistere: sic illud inferius duozū infimozum
 solet se ad rationē habere. Nam z illud solū
 illis intendit: que mens ex imaginatione rati
 ocinando colligit: z illud solū illis que p sensū
 imaginationi imp̄ssit. Nō autē hoc primū et
 infimū contemplationis genus: idcirco infra
 rationē: vel poci⁹ ratiocinationē subsistere di
 citur: quasi irrationabile z oīno contra ratio
 nē esse videat̄: cū p intentionē seu etiā disposi
 tionē rationi p̄sentaneū facile cōvincatur: sed
 qz in eo vt supra dictuz est: quantū ad etus p
 p̄rietatē attinet: nihil ratiocinādo colligitur.
 Solent tamē hec que distinximus p̄templa
 tionū genera qñqz inuicē p̄misceri: z hic quez
 assignauimus p̄p̄rietatū modus alterutra p
 mixtione confundi. Mostrū autēz fuit hoc lo
 co ad euidentiā doctrine singulozū p̄pria do
 cere: nihilomin⁹ quid cōmune: quid simile ha
 berent ostendere.

**Qz vix soli p̄fecti ad omnia sex cō
 tēplationū genera p̄ficiūt: Ca. X.**

Richardus de arca mystica.

Ex ista cōtemplationū genera oportet illū familiariter nosse: quicūq; cupit scientiē culmē attingere. His sex sane cōtemplationū alis a terrenis suspendimur: et ad celestia leuamur. Citra pfectū te eē nō dubites: si vsq; adhuc aliq; illarū alarū cares. Decū certe: et cū mei similib; bene agit: si vnū tantū ex his tribus alarū paribus dat. Quis dabit mihi pennas sicut colūbe: et volabo et requiescā. Scio tamē q; in illis duab; p̄mis eiusmodi alis nō dat de terrenis ad celestia euolare: et illa celozū ardua petere v; penetrare. Nā sicut superius iā dictū est in illis sex cōtemplationū generibus: tota priorū duoz; cōsideratio circa terrena et corporalia occupat: nihil in eisde; de inuisibilib; et spūalib; agit. Quis ergo sublimes: quis admodum subtiles circa ista terrena volat in primis illis duab; cōtemplationū alis habeamus parum nobis eē debet: si ad illa sola sufficim; in quibus mūdi hui; philosophos p̄pollere videmus. Terrenū et nūdū celeste animal te eē cōuincis: q̄ diu duab; alis tantū cōtentus fueris: habēs vñ corpus tuū velare: nō vñ volare possis. Certe si adhuc terrenū animal es si vsq; in hodiernū terrenū corpus habes: et

tale deniq; quale ap'ls describit: z mortifica
 re p̄cipit. Bonū p̄fecto erit in p̄mptu habe
 re vnde possis cū volueris tale corpus vela
 re: et a recordationis tue oculis abscondere.
 Mortificate inq̄t mēbra vestra que sunt sup
 terrā: fornicationē: immūdiā: libidinē: cōcu
 piscentiā malā: z silia. Quid est aut̄ huiusmo
 di corp⁹ sub designatis illis cōtemplationuz
 alis velare: nisi mundanozū cōcupiscentiā ex
 mūdane mutabilitatis cōsideratione tēpera
 re imo z in obliuionē adducere: Perpēdis vt
 estimo quātū valeat eiusmodi obductio ala
 rūq; obumbratio. Habes recte ī his alis: vn
 de cum volueris volare possis. Bonuz sane
 est benevolare: z quantū potes ab amore mū
 di te elongare. Bene vtq; in his volant alis
 qui mundane mutabilitatis lubricum quoti
 die considerant: assidueq; retractant: z ex eius
 modi cōsideratione seu retractatione se ab
 eius ambitione alienāt. Quis ergo in his ge
 minis alis vsq; ad celestia volare n̄ possis: tu
 tum tamen fortassis tranquillūq; stationis
 portum in earum remigio inuenire poteris.
 Mitere in eis quantum poteris: apprehende
 saltem nouissima maris. Si sumptero inquit
 pennas meas diluculo: et habitauero in ex
 tremis mar̄. Extrema maris: mundi terminat

no
sit

2

2

Richardus de arca mystica.

sunt: et vniuscuiusque proprie vite defectus. **Ex**
trema itaque maris tenere est mundi finem: mun-
daneque vite exitum cum desiderio expectare. **Ex**
trema maris ut arbitror euolando iam appre-
henderat: qui veraciter dicere poterat: Cupio
dissolui et esse cum christo: puto quod duas has com-
templationis pennas non inuanius accepisti: si
huc usque volare potuisti. Parum tibi tamen esse
debet has duas alas accepisse: sed ut pres-
te celeste animal esse: stude et satage saltim duo
paria habere: id est: alas quattuor: et tunc profecto
habebis in quibus possis ad celestia euolare.
Quattuor profecto alas habebat: et se ex eo ce-
lestia non autem terrestria esse ostendebat: quat-
tuor illa animalia: que propheta ezechiel vidit:
visaque descripsit. Quattuor inquit facies vni:
et quattuor penne vni. Duabus autem ut ibi le-
git corpus suum velabant: necnon ceteris dua-
bus proculdubio volabant. Sic et tu cum ceperis
iam quattuor alas habere: cum te putaueris iam
celeste animal esse: vel corpus celeste iam gere-
re: nihilominus tamen stude illud sub dictis aliis
velare. Sunt enim celestia corpora: et sunt cor-
pora terrestria. Et alia gloria celestium: et alia glo-
ria terrestrium: Alia claritas solis: et alia claritas
lune: et stella a stella differt in claritate. Si er-
go totum corpus tuum lucidum fuerit: non habens

In se aliquā partem tenebrarū: vtile tamē erit
 illud ab humane arrogantie oculis abscondere:
 et sub humane mutabilitatis incerto, p̄prie
 estimatiōis claritatē reperare. Nescit enī ho-
 mo sinez suū: sed sicut pisces capiunt̄ hamo:
 et aues cōprehendūtur laqueo: sic capiuntur
 homines tēpore malo: cū eis ex t̄mplo supue-
 nerit. Et idcirco bonū ē homini bona sua dis-
 simulare: et nil penitus de suis meritis p̄sume-
 re: et se semp in humilitate custodire. In p̄mo
 ḡ alarū pari velet homo corp⁹ suū: in secūdo
 velet ad celū. Cur enī media illa duo cōtem-
 plationū genera hominē ad celestia: et inuisi-
 bilia nō leuent: que de solis (vt dictū est) inui-
 sibilitibus agere habent: Satagat ergo spiri-
 talis quisq; studio et desiderio semp in celestibus
 esse: vt possit cū ap̄lo dicere: Nostra autē
 cōuersatio in celis est. Verūtamen si vsq; ad
 tertium celū cū eodē ap̄lo penetrare paras: nū-
 q̄ id in duob⁹ alarū paribus posse p̄sumas.
 Oportet absq; dubio omnes illas superi⁹ de-
 signatas sex cōtemplationū alas habere: qui
 cupit et ambit vsq; ad tertij celi secreta: diuini-
 tatisq; archana volare. Has vtq; sex cōtem-
 plationū alas soli p̄fecti in hac vita vix habe-
 re possunt. Has omnes ī futura vita electi: tā
 in hominib⁹ q̄ in angelis habituri sunt: ita vt

Richardus de arca mystica.

de utraq; natura veraciter dici possit: sex ale
vni: z sex ale alteri.

Quo prima quattuor pteplationu
genera mystice describuntur: Ca. XI.

His itaq; sex cōtemplationū gene-
rib⁹ moyses (vt mihi videt) sub my-
stica descriptione agit: vbi materialē

illā scz mysticā qdē arcā ex dñica pceptiōe fi-
eri instituit. Primū itaq; designat in arce fa-
bricatiōe. Scōm in ei⁹ deauratiōe. Tertiu in
corona arce. Quartū itelligim⁹ p ppitiatoriu.
Per duos No cherubin qntū z sextū. Si aut
ad figurā z materialē facturā respicim⁹: ex il-
lis sex vtic; manufactis operib⁹ solū primuz
fabricat ex ligno: cetera omnia cōstant ex au-
ro. Sic sane omnia illa vnde primū ptempla-
tionis genus cōstat: p sensum corporeū hau-
rimus: z p imaginationē representamus cū vo-
lumus. Nā alia omnia vnde cetera ordiuntur
ratiocinādo colligim⁹: vel simplici intelligen-
tia cōprehendim⁹. Cogita ergo quid sit inter
lignū z aurum: z inuenies fortassis q̄ cōueni-
enter ista designent in ligno: illa vero figurē-
tur in auro. In ligno quidē que subiacēt ima-
ginationi: In auro autē que solo subiacēt in-
tellectui. Aurū in se magna claritate refulget:

lignum in se nil claritatis habet: nisi q̄ ignem accendit: z in ministeriū luminis flammā nutrit. Sic sane imaginatio nullū in se prudētie lumen: nil p̄clarū habet: nisi q̄ rationē ad dīscressionē excitare: z ad scientie inuestigationē dirigere solet. Recte aut̄ fm̄ illud cōtemplationis genus in quo rerū visibiliū ratio queritur: in lignoz̄ deauratione figurat̄. Quid em̄ aliud est rerū visibiliū z̄ imaginabiliū assignata ratio: q̄ quedā (vt sic dicā) lignoz̄ deauratio: Recte nihilominus corona arce tertii cōtemplationis genus pōt̄ mystica designatione rēp̄sentare: in quo solemus p̄ visibilia ad inuisibilia ascēdere: z̄ ad eoz̄ cognitionē imaginationis manuductione assurgere. Nā corona quidē in sūmitate arce lignis affigebat̄: lignoz̄ tamē sup̄ma alta p̄tensione supergrediebat̄. Sic illud p̄templationis gen^o qd̄ in rōne fm̄ imaginationē versat̄: imaginationi quidē innitit̄: dū ex rerū imaginabilium similitudine rationē trahit: z̄ quasi scalam erigit: p̄ quā ad inuisibiliū speculationē ascēdere possit. Propitiatorii aut̄ ex omni parte: z̄ vsq̄uaq̄ ligno supponit̄: z̄ idcirco satis cōuenienter in eo illud cōtemplationis gen^o figuratur: qd̄ omnē imaginationē excedēs in ratione fm̄ rationē versat̄. Et sicut pp̄itiatorius

Richardus de arca mystica.

vtpote arce opculū nūsq̄ sub ligno descendit
nec ligno se affigi sinir: sic hec cōtēplatio om-
nez imaginationē supgrediens: ⁊ nulli se p̄mi-
sceri cōsentiens: sola inuisibilia respicit: solis
inuisibilibus intendit.

Quō nouissima duo p̄tēplationū
genera mystice designent: **Ca. XII.**

¶ Ho autē nouissima p̄tēplationum
genera exprimunt angelica figura.

Et recte quidē illa operis factura nō
humanā sed angelicā formaz habuit: que illa
cōtēplationū genera p̄ similitudinē rep̄sen-
tari oportuit: quozū materia oēm humanam
rationez excedit. Notandū sane q̄ p̄dicta illa
quattuor quodāmodo in vnū cōiuncta sunt:
ista autē duo nouissima separatim sūt: ⁊ seorsū
posita. Et in illis quidē primis q̄ttuor p̄tēpla-
tionū generib⁹ ex pp̄ria industria cū diuino tñ
adiutorio quotidie crescimus: ⁊ ex vno in ali-
ud p̄ficimus. Sed in vltimis istis duob⁹ to-
tū pendet ex gratia: ⁊ oīno longinqua sunt: ⁊
valde remota ab omni hūana industria: nisi
inquantū vnusquisq̄ celitus accipit: ⁊ angeli-
ce sibi similitudinis habitum diuinitū supdu-
cit. Et forte nō sine causa hec nouissima ope-
ris factura: angelicaq̄ figura cherubin nomē

accepit: eo fortassis q̄ sine huius sup̄me gra-
 tie adiectione quis ad plenitudinē sciētie prin-
 gere nō possit. Sed qz e duob⁹ cherubīn vn⁹
 dictus est stare ex parte vna: z alter ex altera:
 ita vt vnus intelligat stare a dextris: alter au-
 tē a sinistris: animaduerte obsecro q̄ apte li-
 bi ex aduerso opponunt: z ex opposito statuū-
 tur in earū videlicet rerū figura: quarū he ra-
 tioni cōsentire: ille rationi cōtraire videretur.
 Sed forte quis querere p̄gat: qd̄ in quo spiri-
 taliter itelligere oporteat. Vide ergo ne forte
 in illo cherub: qui a dextris stabat: illud p̄tem-
 plationis genus intelligi debeat: qd̄ est supra
 rationē: non tamē p̄ter rationē. In illo autē q̄
 est a sinistris: illud qd̄ est supra rationē: z vi-
 detur esse p̄ter rationē. Scimus autē qz sinī-
 stra sepius sub vestimētis: z quasi in occulto
 tenet: dextera vero in apertū sepius pfertur:
 vnde recte p̄ sinīstrā occultioza: p̄ dexterā in-
 telligunt manifestioza. Manifestioza autē sūt
 rationi cōsentanea: occultioza autē rationi ad-
 uersantia. Quintū ergo p̄templationis gen⁹
 recte intelligim⁹ in cherub dextro. Sextū ni-
 hilominus iuste intelligi potest in cherub sinī-
 stro. Et forte ista doctiorib⁹ animis sufficere
 possunt: ad ea que de moyfi arca: vel p̄teple tē-
 plonis gratia dici debuerunt. Sed qz ociosi su-

Richardus de arca mystica.

27
mus: et ociosis loquimur: propter pigriores quod
dem pigrum nobis esse non debet: adhuc eadem
cum utili: et forte quibusdam necessario supplemen-
to repetere: et eidem materie liberius vacando in
ipsam adhuc aliquid latius agere. Contemplan-
tis itaque more contemplationisque tenore: de con-
templatione agamus: nec tante iocunditatis stu-
dium: et tante admirationis spectaculum in tran-
situ videamus. Occupatis ista compendiosa
breuitate succinximus: ociosis autem eadem repe-
tendo latius explicamus. Simul utrumque prece-
uentes: et festinos viatores contra propositum de-
tinere: et curiosos nouitatum exploratores stra-
votum urgere. Nunc ergo ad singula contem-
plationum genera redeamus: et primum de pri-
mo dicamus.

Venerabilis magistri Richardi
de sancto victore liber primus de ar-
ca mystica feliciter explicit.

Annotatio capitulorum libri secun-
di eiusdem.

De primo contemplationis genere constat in considera-
tione et admiratione rerum visibilium. Ca. I.

De sit copiosa huius contemplationis materia:
et quomodo se philosophi exercuerunt in ea. Ca. II.

Annotatio caploꝝ Libri. II.

- De triplici distinctōe p̄me speculatiōis. Ca. III.
 Quod primus gradus huius speculatiōis p̄side
 rat̄ in materia: forma z natura. Ca. III.
 Quod secundus gradus cōsideratur in operati
 one nature: z industrie. Ca. V.
 Quod tertius huius speculatiōis gradus p̄sistit taz
 in hūanis q̄z in diuinis iustitutiōib⁹. Ca. VI.
 Quod scōm p̄tēplatiōis gen⁹ p̄stat ī p̄sideratiōe:
 z admirāda rerū visibillū ratione. Ca. VII.
 Quod sit copiosa p̄tēplatiōis materia. Ca. VIII.
 Quō se philosophi in hui⁹ contemplationis
 materia exercuerunt. Ca. IX.
 De distinctione secūde p̄tēplationis. Ca. X.
 De pprietate secūde distinctionis. Ca. XI.
 De tertio cōtemplatiōis genere. Ca. XII.
 Quomō in hoc cōtemplatiōis genere homo
 incipiat esse spiritualis. Ca. XIII.
 De distinctione eorū que ad hanc speculatio
 nem p̄tinent. Ca. XIII.
 Quō hoc speculatiōis genus recte in quinque
 gradus diuiditur. Ca. XV.
 Quod illa que ad hanc speculationē p̄tinēt aliter
 adhuc distingui possunt. Ca. XVI.
 Quod in hac speculatiōe corporee similitudinis
 manuductione vt̄mur. Ca. XVII.
 Quō hoc cōtemplationis genus p̄sistat in ra
 tione fm̄ imaginationē. Ca. XVIII.

Annotatio capitulorū.

Quomodo ad pmissioneꝝ vel operationē dei pertineat: quicquid radius contēplationis pluſtrat. Ca. XIX.

Quō ſapientia dei cū ſit ſimplex ⁊ vna diuerſis cōſiderationibꝰ in cōtemplationē adducitur: ⁊ modo ſciētia: mō p̄ſciētia: modo diſpoſitio: mō p̄deſtinatio nominat̄. Ca. XX.

Qz diuina ſapientia ſm diuerſos cōtemplationis modos: in quibuſdā videat̄ mirabilior: in quibuſdā iocūdiōz. Ca. XXI.

In qua ſpeculatione diuina p̄ſciētia vel ſcientia appareat mirabilior. Ca. XXII.

In qua ſpeculatione diuina p̄deſtinatio appareat iocundior. Ca. XXIII.

In qua rez ſpeculatione ſoleat diuina diſpoſitio iocūdiōz apparere. Ca. XXIII.

Qz cōtemplationis noſtre ſpeculuz ſemp comitari debeat: magna admiratio: ⁊ ingens exultatio. Ca. XXV.

Qz ſm modū admirationis ⁊ exultatiōis: variat̄ modus p̄tēplationis. Ca. XXVI.

Qz in omni rerum mutabiliū p̄tēplatione: neceſſe ſit diuine ſapientie conſideratione inherere. Ca. XXVII.

Finis.

Uenerabilis magistri Richardi
de sancto victore liber secundus de ar
ca mystica: In quo de tribus primis
generibus contemplationis agitur:
feliciter incipit.

Quod primū cōtemplationis genus
constat in cōsideratione ⁊ admiratio
ne rerū visibiliū: Ca. I.

Primum itaqz

p

cōtemplationis genus est in
cōsideratione ⁊ admiratione
rerū corporaliū: in omnibus
que p quinque sensus corpo-

reos ingrediuntur ad animus. Et est quidem
omniū infimū: ⁊ debet esse incipientium. Ab
hoc em debent ad huc rudes incipere vt pos
sint paulatim ad altiora: quasi quibusdā pfect
tionū gradibus ascēdere. Ad hoc itaqz cōtē
plationis genus ptinet omnis admiratio cre
atoris: que surgit ex cōsideratione rerū corpo
raliū: ⁊ designat in hac arce descriptione per
cōpaginē lignozū. Et cōgrua satis distinctio
ne p ligna designant ea que ptinent ad imagi
nationē: sicut p aurum: nihilomin⁹ ea que vi

Richardus de arca mystica.

dent p̄tinere ad rationē. Non aut̄ de quibuslibet lignis p̄mittit̄ hec arca fieri: sed tātuz de lignis sethim: q̄ sunt valde īputribilia. Pertinent aut̄ ad ligna īputribilia quelibet reruz scrutinia: honestatis ⁊ vtilitatis ītegritate plena. Ligna īputribilia sunt quelibet rez p̄siderationes: q̄libet op̄ez retractatiōes: q̄ nullam mētis corruptionē inducūt: q̄ sinceritatē ⁊ veritatis ītegritatē custodiūt. In tātaq; rez vīsibiliū copia: inter tot spectaculoꝝ genera videat q̄sq; qd̄ eligat: caueat ne ad illd̄ q̄nq; mētis oculos reducat: vnde cordis sui mūdiciāz polluat. Debet ḡ a cōsideratiōis sue respectu voluptatū irritamēta amouere: qui cupit de īterne īcorruptiōis p̄peruitate gaudere. Quicquid auariciā stimulat: quicquid gulam irritat: quicquid luxuriā inflāmat: ab illa recordationum suarū frequētā secernat. Ille sane mundum: ⁊ que in mūdo sunt vtiliter in cōtemplationē adducit: qui p̄ mundanoꝝ respectuz ad mundanoꝝ despectū venit. Hunc eiusmodi p̄tēplatiōis fructū magnus ille mūdanalū cōtēplator quesuit: ⁊ inuenit: scriptūq; reliq̄t: Vanitas vanitatū dixit ecclesiastes: Vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. Ille vanitatis cōtemplationē nō inuanū assumit: q̄ ex eo q̄ in īmo respicit ī laudē creatoris assurgit: qui eū

In omnibus operib⁹ suis mirabilē: laudabilē:
 ⁊ amabilē reperit: Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Ecce mirabile: A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomē domini. Ecce laudabilē: Justus dominus in omnibus vijs suis: ⁊ sanct⁹ in omnib⁹ operibus suis. Ecce amabilē: Ligna ergo rigida: ligna robusta: ligna durabilia: quelibet cōsiderationes sunt: que mētis vigorez reparant: que cōstantiā roborant: que perseuerantiā cōfirmant. Ligna deniq; ab omni corruptione aliena sūt: q̄ nec maculā feditat: nec vmbra falsitatis cōtrahunt. Pertinēt itaq; eque ad ligna sethim: ad ligna imputrabilia: de rebus corporeis quelibet assertio vera: sentētia rata. Faciēda est itaq; hec sapiētie arca: de lignis imputribilib⁹: de sentētijis irrefragabilibus: vt sentiamus oīa que vident in mūdo facta ab vno deo: ⁊ creata de nihilo: nihil in his oībus diffiniētes: qđ differat a vero.

Q̄ sit copiosa huius cōtemplationis materia: et quomō se philosophi exercuerunt in ea: Ca. II.

habet itaq; materiā hec contemplatio: vt iam dictum est: omnia que sensus corpore⁹ cōtingere pōt. Copiosa

Richardus de arca mystica.

sane materia ⁊ silua nō modica. Currant omnes: intrēt singuli: nemo phibetur: eligat q̄s q̄s qd̄ magis miretur: supabundat satis cuiq̄ materia ad faciendā sibi arcam. Discat tamē quisq̄ eligere ligna imputribilia: vt nihil sentiat cōtra traditionē verā. De hac eadē silua philosophi gentiū studuerūt sibi fabrice sue materiā eligere: cupiētes ⁊ ip̄i nihilomin⁹ sapientie sibi arcam fabricare. Leperunt igit̄ ligna secare: dolare: cōpingere: diffiniendo: diuidendo: argumentando: multa inuenire: tenere ⁊ credere. Fecerunt itaq̄ arcas multas tenētes sentētiās varias: ⁊ cōstituētes sectas innumeras. Intrātes ergo in illud nem⁹ vmbrosū ⁊ condēsū: inseruerūt se questionibus infīnitis: ⁊ tradidit deus mundū disputationibus eorū: ⁊ euauerūt in cogitationibus suis: ⁊ defecerūt scrutantes scrutinio: eo q̄ nō posset inuenire homo: opus qd̄ operatus est deus ab initio vsq̄ ad finē. Reuelauit autem deus p̄ spiritū suū quibus voluit: qm̄ voluit: quantū de his scire oportuit. Quid ergo mirum si potuerunt efficere opus admiratione dignū: qui edocti sunt: p̄ spiritū dei nolentes sequi spiritū suū: nec incedere volentes post cogitationes adinventionū suarū: Etiā tēporibus nostris insurrexerūt quidā pseudo phi-

losophi fabricatores mēdacij: volētes sibi no
 men facere: studuerūt noua iuenire. Nec erat
 eis cura: tam vt assererent vera: q̄ vt putarē
 tur inuenisse noua. Presumētes itaq; de sen
 su suo: putauerūt se posse facere sibi sapientie
 arcam: eūtesq; in adinuētionib⁹ suis tradide
 runt sentētias nouas: arbitrātes secū ortā mo
 riturāq; sapientiā. Et ecce cōputruerūt horū
 omniū alta sapientiū arce: eo q̄ non essent de
 lignis sethim: lignis videlicet imputribilibus
 facte. Et ecce stulti facti sunt oēs p̄ncipes cha
 neos: eo q̄ stultā fecerit de⁹ sapiētā hui⁹ mū
 di. In tantū em̄ infatuata est illa: quondā glo
 riosa mundana philosophia: vt innumeri ex
 eius p̄fessoribus quotidie fiant ei⁹ irrisores:
 ⁊ ex eius defensorib⁹ fiant ei⁹ impugatores:
 ⁊ illam detestātes: nihil aliud p̄fitentē se scire:
 nisi iesum christū ⁊ hunc crucifixū. Et ecce q̄
 multi q̄ pri⁹ fabricabant arcā in officina aristo
 telis: tandē saniori p̄silio discant studere in of
 ficina saluatoris. Et qui prius fabricabāt va
 sa cōtumelie: nūc docētur fabricare vasa glo
 rie: quotidie cōfidentes dño in vasis psalmi:
 eo q̄ peniteat eos fecisse opus p̄fusione dig
 num: ⁊ diu fuisse fabricatores mendacij. Vbi
 sunt nūc queso secte achademicorū: stoicorū:
 perypatheticorū: vbi sunt arce eorū: Ecce iā

Richardus de arca mystica.

omnes isti dormierūt somnū suū: z nihil inue-
nerunt oēs hī viri diuitiarū in manibus suis:
z reliquerūt alienis diuitias suas: z sepulchra
eorū domus illoꝝ in eternū. Et ecce cōputru-
erunt oēs cū arcis suis: pereūtes simul cū do-
ctrinis z traditōib⁹ suis. Sed arca moyſi ma-
ner vsq; in hodiernū diē: nunq̄ firmior: nūq̄
fortior q̄ hodie: vtpote p̄firmata p̄ catholice
fidei veritatē auctoritatē: eo q̄ sit facta de lig-
nis sethim: imputribilib⁹ videlicet z incorru-
ptilibus lignis: z oīs ei⁹ narratio atq; doc-
trina cōtexta sit sentētis veris: z assertionib⁹
ratis. Ecce vidimus de qua materia debeat
fieri: cōsequens est vt dicamus de mensura et
modo faciēdi: vt iuxta moyſi exemplū sequa-
mur in his omnib⁹: nō nostrū sensum: sed di-
uine institutionis documētū. Redeam⁹ itaq;
nūc ad illud cōtemplationis gen⁹: qd̄ p̄stat eē
oīm infimū et primū. Et idcirco eē incipien-
tū: qd̄ etiā figurari dixim⁹ in hac arce descri-
ptione: ex sola cōpagine lignozū.

De triplici distinctione prime spe- culationis: Ca. III.

Ec igitur speculatio triplici ratiōe cō-
sideratur. Prima est in reb⁹: secunda
in opibus: tertia in morib⁹. Illa que

est in rebus p̄tinet ad arce longitudinem: illa que in operibus p̄tinet ad latitudines: illa que est in moribus p̄tinet ad altitudinē. Scimus em̄ lōgitudinē latitudine p̄iorē esse. Similit̄ naturaliter: latitudinē altitudinis respectu: locum p̄iorē tenere. Nā longitudo sine latitudine: et latitudo sine altitudine potest intelligi: quōuis in rerum essentia ab inuicēz minime possint seperari. Sed altitudo sine latitudine vel latitudo sine lōgitudine: nec valet esse: nec licet intelligere. Simplex nāq; lōgitudo intelligit̄: quādo quāritas de puncto ad punctū: et p̄ sola puncta discurrens: in lineā solā saltē cogitatione p̄trahit̄. Sūplīcē latitudinē dicimus: quādo quāritatē de lineā in lineam: et p̄ solas lineas mente distendimus: et in superficiem dilatamus. Nam sicut lineā est longitudo sine latitudine: sic superficies est latitudo sine altitudine. Altitudo autē est: quā quāritas de superficie in superficiem descendit: et corpus solidū reddit: quod tres dimēiones suscipit. Qui ḡ hoc recte p̄siderat: sat̄ ei (vt arbitror) p̄stat: q̄ lōgitudo naturaliter sit p̄ior: latitudine: et latitudo altitudine. Sic sane illa p̄sideratio q̄ est in reb⁹ naturalit̄ p̄ior est: et illa p̄sideratio q̄ est in opib⁹: et illa q̄ est in morib⁹. Quis em̄ nesciat res ipsas: eaz opatiōib⁹: quōq; etiā

Richardus de arca mystica.

tēpore: semp aut naturaliter priores esse: ex quibus et in quibus quilibet operationes habent naturaliter oīno existere: Similiter mores ipsi: siue boni: siue mali circa opera quidē solēt et debent considerari. Nā opera utriusque hominum magna ex parte inquantum sūt ordinata et moderata: pertinent ad mores bonos: inquantum vero sunt inordinata et immoderata: pertinet nihilominus ad mores malos. Unde satis constat quod quēadmodū est prior cōsideratio rerum quā operū: sic naturaliter prior est cōsideratio operū quā morū. Recte itaque dictū est: quod cōsideratio rerū pertinet ad arce nostre longitudinem: cōsideratio operū ad latitudinē: cōsideratio aut morū ad ipsius altitudinē.

Quod primus gradus huius speculationis consideratur in materia: forma et natura: Ca. III.

Repartitū aut triū illarū cōsideratio prima. Prima itaque huius subdivisionis cōsideratio est in materia: secunda in forma: tertia in natura. Materiam et formas visu corporeo facile deprehendimus: nā lapidē a ligno: triangulū a quadrato sine errore discernimus. Illud aut quod ad naturā pertinet: partim expositū est sensui: partim aut profundius

Liber II

Ca. III.

latens repositū est rationi. Natura siquidem
 cōsideratur in rerū qualitate intrinseca: quē
 admodū ⁊ forma cōsistit in qualitate extrinse
 ca. Qualitas autē rerū interior ex magna par
 te corporeo percipitur sensu: sicut saporēs gu
 stu: odores olfactu. Illā autē nature vim: que
 rebus medullitas impōta p̄fundius introzū
 latet: nunq̄ homo sensu carnis adire posset:
 etiā si minime peccasset. Verūtamen ingenū
 sui acumine eā facile p̄spiceret: si ratiōis ocu
 lus pcti nube obductus sub erroris nebula nō
 caligasset. Vado autē ignorantie tenebris in
 uoluti quotiēs de ea aliquid querimus: p̄ ex
 perientie argumēta palpamus potius q̄ vi
 demus. Patet itaq̄ ratio: cur arce nostre lon
 gitudo iuxta dominicū documentū nō debe
 at: vel potius nō valeat habere: nisi duos cu
 bitos: ⁊ dimidiū. Vbi em̄ sciētia humana cu
 bitū plenum habet: vbi certitudinē tenet: vbi
 ea que sciri oportet sensu aliquo cōprehende
 re valet. Habet ergo sensus corpore⁹ cubitū
 in cōspectione materie: habet aliū cubitū ī cō
 sideratione forme: habet cubitum dimidiū in
 p̄ceptiōe nature: quā nō penetrat nisi ex p̄te.
 Partim em̄ vt dictū est exposita ē sensui: par
 tim reposita est ratiōi. Hec itaq̄ tria materia
 scz forma ⁊ natura: qz in substantia corporea

Richardus de arca mystica.

simul sunt: et a se iuicē diuidi nō possūt: se q̄st
in lineā extendunt: ⁊ ad arce longitudinē se p̄
tinere ostendunt.

Que secūdus grad⁹ cōsiderat in ope
ratione nature: ⁊ industrie: **Ca. V.**

Exercitata itaq; mens s̄m hanc tripli
cem cōsiderationē que est in specula
tione rerū: debet se cōsequēter trans
ferre ad speculationē operū: vt cum didicerit
cōsiderationē suam: ⁊ ad opera naturalia: et
opera artificialia extēdere possit arce nostre
latitudo p̄finite magnitudinis mensurā acci
pere. Alia est enim operatio nature: atq; alia
industrie. Operationem nature facile depre
hendere possumus: vt in graminiibus: arbori
bus: animalibus. In graminiib⁹ quō crescūt:
maturescunt. In arboribus similiter: q̄ fron
dent: flores fructificant. In animalib⁹ quō cō
cipiunt ⁊ pariunt: q̄ alia nascuntur ⁊ alia mori
untur. Deniq; quotiēs attendimus quō orta
occidunt: ⁊ aucta senescunt: in naturalis ope
rationis inspectione mentē nostrā exercem⁹.
Opus artificiale: opus videlicet industrie cō
sideratur in celaturis: texturis: In scripturis:
in pictura magistris: in cultura: ⁊ in ceter⁹ ope
ribus artificialibus: in quibus omnibus innu
mera inuenimus pro quibus diuini muneris

dignationem digne mirari et venerari debemus. Opus itaque naturale: et opus artificiale: quod sibi inuicem cooperantur: quasi ex latere sibi alteri insecus iunguntur: et sibi inuicem mutua contemplatione copulantur. Tertium siquidem est: quod ex naturali operatione opus industrie initium sumit: consistit et conualescit: et operatio naturalis ex industria perficitur: ut melior sit. In opere artificiali scientia humana cubitum habet: quod si illud comprehendere non valeret: ipsum utique non inuenisset. Sed in opere naturali plenum cubitum habere non potuit: quod ipsum non nisi forte ex parte comprehendit. Quid ex qua re nasci solet: facile diiudicat. Nam nec poma in vite: nec racemos in segete: nec frumentum querit in arbore. Verumtamen quid horum: vel quelibet alia res ex alia qualiter nasci solet: quam explicare sufficiat. Quando ergo ingenij nostri acumen in hac gemina naturalis et artificialis operis consideratione circumque se diffundit: et mira intelligentie viuacitate multipliciter huc illucque discurrit: Arce nostre latitudo secundum diuine institutionis modum congruam mensuram accipit.

Quod tertius huius speculationis gradus consistit tam in humanis quam in diuinis institutionibus: Ca. VI.

Richardus de arca mystica.

Prima itaque consideratio que est
in rebus: et secunda que est in operi-
bus: sequitur tertia que constat in mo-
ribus: quam ad arce nostre altitudinem pertinere iam
diximus. Disciplina itaque morum partim ex in-
stitutione diuina: partim processit ex institutio-
ne humana. Ad diuina instituta: pertinent diui-
na obsequia: et quilibet ecclesie sacramenta. Ad
instituta humana: pertinent humane consuetudi-
nes: urbanitates: plebiscita: iura ciuilia: et hu-
iusmodi alia multa. Humana institutio propter vitam
inferiorem: diuina institutio propter vitam su-
periozem. Illa ad optinendam salutem: et tranqui-
litate vite temporalis: ista ad capescendam salutem
et plenitudinem eterne beatitudinis. In huma-
na institutione scientia humana cubitum habere
potest: quia illud quod inuenire potest: illud nimirum
comprehendere potest. In sacramentis diuinis
duo esse non dubitamus. Aliud est enim quod exte-
rius in re vel in opere cernimus: atque aliud vir-
tus illa specialis que latet intrinsecus. Res itaque
sacramenti: que intrinsecus latet: credere po-
tes: videre autem omnino non potes. Et idcirco scien-
tiam tuam in hac parte usque ad plenum cubi-
tum extendere non potes. Hec autem vltima spe-
culatio que est in moribus: ad arce nostre alti-
tudinem pertinet: sicut superius iam diximus.

Reuera siquidē qñ humana institutio diuine
 subseruit: ex vtraq; anim^o p̄ficit: ⁊ ad alta tē
 dit. Nam anim^o qui illis que ad primā vel ad
 secundā cōsiderationē p̄tinent inheret: absq;
 dubio adhuc in imo iacet. S; q̄to his q̄ ad
 tertiā p̄tē spectāt p̄fecti^o inheret: tāto p̄fecto
 ad altiora ascēdit. Notādū sane q̄ opatio na
 turalis ⁊ diuina institutio plenū cubitum ha
 bent in re: sed nō nisi semissem habere possūt
 in nostra cognitione. Ecōtra autē artificialis
 operatio ⁊ humana institutio vix semissem ha
 berent in re: plenū autē cubitū habere possūt
 in nostra cognitione. Cū igitur anim^o in hac
 triplici speculatione plene exercitatus fuerit:
 arce nostre mensure congruā sibi magnitudi
 nē quaquauersum accipit. In hoc cōtempla
 tionis genere seipsum p̄pheta exercuisse ostē
 dit: cū dicit: Deditatus sum in omnib^o ope
 ribus tuis. Et alibi. Quia delectasti me inq̄t
 dñe in factura tua. Et alibi in eorū admirati
 one exclamat: Q̄ magnificata sunt opera tua
 dñe: oīa in sapientia fecisti. Et multa de eisdē
 operibus in eodē psalmo explicando cōme
 morat. Totū itaq; hoc primū p̄templatiōis
 genus recte quidē in septē gradus distingue
 re possumus. Primus nāq; cōsistit in illa ad
 miratione rerū que surgit ex cōsideratōe ma

Richardus de arca mystica.

terie. Secundus aut gradus consistit in illa admiratione rerū: que surgit ex cōsideratiōe forme. Tertius vero consistit in illa rerū admiratione: quā gignit cōsideratio nature. Quartus autē huiusmodi p̄templatiōis gradus versat̄ in cōsideratione et admiratione operum circa operationē nature. Quintus nihilominus versatur in p̄sideratione et admiratione operū: sed s̄m opationē industrie. Sextus vero gradus cōstat in cōsiderādis et admirādis institutionib⁹ hūanis. Septimus deinde subsistit in p̄siderādis et admirādis institutionib⁹ diuinis. Hi septem gradus ascētionis primo occurrūt his qui montē dñi ascendere: vel ad illud ezechielis templū intrare cōtendūt. His septē gradibus ad exteriorēs portas in atriū exterius intratur: et in septem inquit gradibus ascensus eius. Habes ergo quibus gradibus inchoationis debeas insistere: quisquis cupis contemplationis arcē apprehēdere. Quō aut hoc cōtemplationis genus in imaginatiōe cōsistat: vel s̄m imaginatiōez discurrat: supior ratio pdocuit: et hic iterare nō oportebit.

Q secundū cōtemplationis gen⁹ cōstat in cōsideratione: et admiranda rerū visibiliū ratione: **Ca. VII.**

Liber II

Ca. VII.

Hinc quō de primo cōtemplatōis ge
 n nere: que interim dicenda videbant:
 quō potuim⁹ iam diximus. Ad scōm
 qđ p arce deaurationē designari: iā dictū est
 transeamus. Si ḡ primū cōtēplationis gen⁹
 recte intelligit esse in specie rerū corporalluz:
 consequēter (vt arbitroz) intelligi oportet: se/
 cū dū p tēplationis gen⁹ esse in pspiciēda rōne
 earū dē rez. Totiēs igit i deauratōe arce nre
 occupamur: quotlēs rerū visibilitū rōez rima
 mur: z in eiusdē rōis inuēte z pspēcte admira/
 tōe suspēdimur: qđtiēs attēdētes itelligim⁹: et
 itelligētes attēdim⁹: hui⁹ mundane machi/
 ne oīa q vident: q̄ sint mirabilr facta: q̄ pue/
 niēter ordīnata: q̄ sapiēter dīsposita: arcā no/
 stram deauram⁹: qñcūq̄ rei cām: modū z ef/
 fectū: vtilitatē z rationē p̄sideram⁹. Quāto
 sciētie auro abundabat: qđ ei ad toti⁹ arce scz
 deaurationē sufficere poterat: qui veraciter
 dicebat. **S**ihī autē dedit deus ex sentētia di/
 cere. Ipse em̄ dedit mīhī horū que sūt sciētiā
 verā: vt sciam dīspositionem orbis terraz: et
 virtutes elementoz: initium z consūmationē
 temporum: vicissitudinū p̄mutationes: z di/
 uisiones temporum: anni cursus: et stellarum
 dīspositiones: naturas animalīū: z iras besti/
 arū: vīm ventozū: z cogitationes hominum:

ma

Richardus de arca mystica.

et differentias virgultorum: et virtutes radicum.
Denique audi: quid ad extremum inferat: ut plenius intelligas: in deurationis sue opus quantum eiusmodi census copia abundabat. Et quocumque inquit sunt absconsa et improvisa didici. Costat ergo arce nostre deauratio: in contemplanda ratione diuinorum operum: iudiciorum: sacramentorum: et humanarum nihilominus actionum: vel institutionum. Simus denique paratissimi documentum petri: omni poscenti reddere rationem: et de ea fide et spe que in nobis est. Arce nostre summa vel exteriora deaurauimus: qui diuinorum sacramentorum seu etiam iudiciorum rationem exponendo commedare nouimus.

Quod sit copiosa contemplationis materia: Ca. VIII.

Qui igitur ad secundam contemplationis huius speciem iam profecit: in tanta plenitudine materie copiose satis inuenit: ubi speculationis sue vela pandat: ubi disputationis sue nauigia exerceat. Quis enim non uideat platea pateat homini considerationis pelagus: quod multipliciter se diffundat hoc mare magnum et spaciosum manibus: In huius admirationis immensitate exclamat propheta: Iudicia tua inquit abyssus multa: abyssus profecto multa

ta: et magna iudicia dei occulta. **D**ulta numero sita magna profunditate: plane infinita: plane inscrutabilia. **H**inc illa miranda spectacula eorum qui vident mirabilia in profundo. **Q**uanta enim mirabilia putas vident in hoc profundo: illi qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis: **D**ulci siquidem sunt qui conueniunt ad hoc mare magnum et spaciosum. Sed alij ad transfretandum: alij ad piscandum. **A**d transfretandum quidem illi qui cupiunt transire de gente ad gentes: et de regno ad populum alterius. Sed qui inter eos sunt piscatores hominum: veniunt sane ad piscandum: laxantes retia sua in capturam: mittentes nunc ad sinistram: nunc ad dexteram nauis rete: ad domini preceptum includunt sepe multitudinem piscium copiosam: vagos scilicet hominum sensus affectusque lubricos concludentes ac extrahentes in siccum. Sed nec semper eadem retia: sicut nec in eadem semper capturam mittunt. **N**unc ergo argumentationum: nunc exhortationum retia laxant. **A**liquando ad probandum aliquid verum: aliquando ad improbandum falsum: aliquando ad eliciendum aliquid occultum: aliquando ad persuadendum iustum: aliquando ad dissuadendum aliquid iniustum. **I**sti sane qui nouerunt facere hominum operationem in aquis multis. **I**sti inquit sunt qui vident mi-

Richardus de arca mystica.

rabilia in pfundo. Ab istis etem trahit sapiē-
tia de occulto. Audi quid dicat magn^o ille cō-
templator sapiētie: **Q**z magnificata sunt opa
tua domine: omnia in sapiētia fecisti. Omnia
inquit in sapientia fecisti: absq; dubio miran-
da erant: que viderat: qui sic exclamabat. **U**i
debat sane mirabilia in pfundo: z sapientiam
trahebat de oculo: qui oia in sapiētia facta
dephendit: z indubitāter agnouit: q; sapiētia
attingeret a fine vsq; ad finē fortiter: z dispo-
neret oia suauiter. **E**cce quō in omnib^o operi-
bus diuinis hinc aurū sapiētie apparebat: au-
rū sapientie lucebat: quō in eius oculis sapiē-
tie diuine claritas oia operuerat. **I**ste pfecto
bñ nouerat: facileq; poterat arcā suā deaurā-
re: imo constat satis eū iam arcā suā ab omni
pte auro obduxisse: q; sic p admiratōis sue ma-
gnitudine cogit exclamare: **O**ia in sapientia
fecisti. **C**onemur z nos quātū possum^o: z de-
sudemus in arca nostra deaurāda: vt appare-
ant etiā nobis diuina opera: oia in sapiētia fa-
cta: vt inquātū licet itelligam^o: z q; intelligere
nō licet saltē sine hesitatiōe credam^o oia in sa-
piētia facta: nec solū ea que facit: sed z q; cūq;
fieri pmittit: nunq; sine rōnabili ptingere cā:
nec sine diuina q;uis occulta actitari iusticia.

Quomodo se philosophi in bu

ius contemplationis materia exercu-
erunt: Ca. IX.

Ed neq; hic silentio p̄tereundū pu-
to: quomō huius mundi sapiētes stu-
duerunt arcas suas deaurare: vt vel
sic pudeat nos in arce nostre deauratione nō
laborare. Sat agebant itaq; z ipsi gētiū phī-
losophī sapientiam trahere de occulto: occul-
tas rerum causas rimātes: z vsq; ad abditos
nature sinus ingenj sui acumine penetrantes
eruebant aurum de pfundo. Leperunt ergo
latentes rerum causas inuestigare: inuenire:
z palam p̄ferre: z dubia queq; nō dubijs as-
sertionibus p̄bare. Inuenerunt itaq; multa
inuestigatione pfunda: et admiratione dig-
na: vnde tremor terris: quare maria alta tu-
mescunt: z cetera multa in hunc modū inueni-
entes: scriptoq; commēdantes: ad posteros
transmittere curauerunt. Arcam itaq; suā ex
magna parte: sed exterius tantū deaurare po-
tuerunt. Nam vt eā intrinsecus deaurarent:
erat eis parua cura: possibilitas nulla. Cito si
quidem eorū defecit pecunia: nec erat eis au-
ri tanta copia quo possent eam deaurare in-
trinsecus: quippe quib; pecunia defecerat: ad
eā exp̄ te nature ex integro deaurādā extrinse-
cus. Nō erat em̄ eiusdem facultatis phīscas

Handwritten notes:
} Qui
} aurum

Richardus de arca mystica.

rerū rationes inuenire: z occultas in his q̄ ac-
cidunt iusticie causas diiudicare. Longe aliud
est latentes rerū causas s̄m phisicam rationē
inuestigare z astruere: z longe aliud diuinorū
iudiciorū rationē nō ignorare. Inuestigatio
nature ad arce nostre deaurationē extrinsecā:
assertio diuine iusticie p̄inet ad deaurationē
intrinsecā. Ad hāc utiq; penitus defecerunt:
putātes casu potius q̄ diuino nutu oīa acci-
dere: sacrātesq; aram fortune crediderūt deū
res hūanas minime curare: p̄ eo q̄ cernerent
eque cōtingere bona z mala bonoz maloz iu-
sto z iniusto: immolāri victimas z cōtemnētī
eas: z ipse cui⁹ palpebre interrogāt filios ho-
minū oriri faciat solem suū sup bonos et ma-
los: z eque pluat sup iustos et iniustos. Nos
autē quibus abūdat iā aurū tā de emolimen-
to laborū nostrorū: q̄ de spolijs egyptioruz:
arcā nostrā vestire curemus: nō solū exterius
verū z interius. Attēdamus quomō in sapiē-
tia sua fecit hec omnia: quomō sapiētia sua fū-
dauit terras: z stabiliuit celos prudētia. Quō
sapia illi⁹ eruperūt abyssi: z nubes rose cōcre-
scunt: z arcā nostrā deaurauimus: sed extrin-
secus. Cōsideremus nihilomin⁹: qm̄ vnuer-
se vie dñi misericordia z veritas: quō sit iust⁹
domin⁹ in omnib⁹ v̄hs suis: z sanct⁹ in oībus

Liber II Ca. X. i

operibus suis: et deaurauim⁹ eā intrinsecus. Quō putas oēm lignozū pulchritudinē in arca sua auro obduxerat: qui manifeste dephenderat: et stanterq; de dño affirmabat: quoniā miserationes ei⁹ sup oīa opera eius: Studemus et nos iuxta exemplū pphete auro huiusmodi oīa tegere: et eo vsq; sub tali fulgore abscondere: quaten⁹ in cōparatione diuine rationis atq; dispositiōis: p quā facta sunt: atq; disposita exteriorū omnīū pulchritudo ī oculis nostris appareat parua vel nulla.

*miserationes
Dei
na
su*

De distinctione secunde contemplationis: Ca. X.

Uperius vbi de primo cōtemplationis genere locuti sum⁹: septē illud gradibus distinximus. Longū esset mō singulos pcurrere: et quō p omnes cubitos tā in longitudine q; in latitudine: vel in altitudine arca deaurari debeat ostendere. Sed ne nimis hoc longū faciamus: his interim supsedere melius iudicauim⁹. Si quis autē satagat se in hoc opus accingere: et arcam suā ambiat auro supducere: nihil exteriorib⁹ scientiis obest: et secularib⁹ disciplinis sapie aurū mutare: dūmodo sciat ipsū ab omni falsitatis vel vanitatis scorā mūdare: et ad plenā pfectāq;

*cap
10
gij*

Richardus de arca mystica.

puritatē: ⁊ qualē huius operis dignitas exi-
git medullitus excoquere. Diximus autē ar-
ce nostre deaurationē constare in assignanda
rerū visibiliū ratione. Quis autē nesciat quō
tota pene mundana philosophia in hoc ma-
xime laborat: vt latētes rerū visibiliū causas
sagacitatis sue inuestigatiōe inueniat: ⁊ in pa-
lam pducatur: Vide q̄ magnas: q̄ multas do-
ctrine opes: sciētieq̄ gazas: preclara illa phi-
losophorum ingenta cōquisierunt: reposue-
runt: tibiq̄ in eiusmodi vsus reliquerūt. Ve-
rumtamē hec omnia (vt dictum est) in solam
extrinsecam arce deaurationem sufficere pos-
sunt. Si autē eam intrinsec⁹ deaurare cupis:
melius tibi in eiusmodi vsus a christianis the-
ologis: q̄ a mūdi philosophis materiā requi-
ris. Verūtamē sicut illorū defecerūt gaze ad
arce deaurationē extrinsecā: sic nec istorū suf-
ficere possunt: ad eius deaurationē intrinse-
cam. Nam nec illi occultā rerū naturā ple-
ne pspicere potuerūt: nec isti occultam dei in-
sticiam pfecte penetrare valuerunt. Sed ecce
vnum adhuc tibi thesaurorū ostēdimus: quē
in id negociū ⁊ superabundantē ⁊ indeficientē
esse cognouimus. Certe vbi intelligentie au-
rum defecerit: fidei obrisum deesse non pote-
rit. Sane si omnia philosophorū dicta: si om-

Intelli-
gentia
fidei

nia catholice ptractata perlegere: memorieq̄
cōmendare potueris: innumera tamē in secre-
tioribus nature sinibus: in diuinorū iudicio-
rum archanis inuenies: quorum rationē pe-
netrare nō valebis: sed que intelligere nō po-
tes: credere potes. Quorū igitur rationem p-
spicere non vales: nihilominus tamē ex fidei
regula iusta ⁊ ordinata non dubites. Idcir-
co tibi in eiusmodi dicitur: Si non credideri-
tis nō intelligetis. Crede ergo cuz beato iob:
quia nihil fit in terra sine causa. Crede quia
iudicia domini vera iustificata in semetipsa:
⁊ deaurasti arcam tuā extra ⁊ intra.

**De proprietate secunde contem-
plationis: Ca. XI.**

Factū est autē hoc cōtemplatōis gen^o
hoc habere cōmune: cū superiori ima-
ginatione videlicet versari: ⁊ circa re-
rū visibiliū atq̄ imaginabiliū cōsiderationē
occupari. In hoc tñ maxime distant: q̄ in illo
quidē nihil ratiocinādo querit: sed totum s̄m
imaginationē ducitur: istud autē s̄m ratioc-
nationē textitur: et s̄m rationē formať. Illud
autē est in imaginatione s̄m imaginationem:
illud vero in imaginatione s̄m rationes. No-
randum autem q̄ nec in ea quidem parte que
fidei innititur: potius q̄ intelligentia textitur

Richardus de arca mystica.

nec in ea in quibus parte proprietatis sue terminos
vsquequaque transgreditur. Cum enim innumera dei
opera discreta et ordinata: cum innumera eius
iudicia iusta et vera: intelligentie sue viuaciter
perspiciat: ex his que recta esse intelligit: recta et
illa esse prehendit: quorum rationem penetrare non
sufficit. Vides ergo quod hec speculatio: nec ibi
quidem ubi fidei vestigia sequitur: a ratiocinatio
nis sue tramite penitus abducitur. A deo autem
hec de qua modo loquimur speculatio secundum ra
tionem agit: ut ipsa etiam imaginatio in ea secundum ra
tionem disponi et ordinari videatur. Nam in prima
quidem cogitatio: quo eam ducit admiratio solas
sequitur imaginationem. In hac autem ipsa imagi
natio format: disponitur: et moderatur per ratio
nem. Dum enim quis rerum visibilium rationem tacita
investigatio querit: non solum eas sibi sub alio
ordine proponit: quod eas per sensum inuenit: ve
runt etiam sub alia sepe forma depingit. Eo enim
citerius inuenit rationem: cur ita fieri vel ordinari
debuissent: quo videt mala que sequerentur si
aliter essent. Sicut enim in primo imaginatione per
se cogitationem trahit: sic in ista ratio imagina
tionem circumducit atque disponit. Idcirco autem
utraque in imaginatione consistere dicitur: quod circa
mirando delectaris: et delectando admiraris: tanto libētius imoraris: tanto diligētius perscrutaris: profundiusq; illuminaris. Quotiens ex admiratione tua animus tuus per diuersa rapitur: et ad singula delectabiliter afficit: totiens arca tua circūferē: quia cōtēplatio tua dilatatur. Si te admiratio tua ad alciora et profundiora rapit: et te in eorum inuestigatione delectabiliter suspendit: nimirū arca tua in altum surgit: quia intelligentia tua subtiliora capit. Quando decrescit seu cum deficit speculationis admiratio: et admirationis delectatio: arca deponitur ad ima: quia cessat reuelatio diuina. In hunc itaq; modū secundum qualitatem et quantitatem nostre admirationis et exultationis arca nunc in girum flectit: nunc ad alta sustollit: nunc ad ima deponitur: quia secundum desiderium estuantis animi reuelatio formatur: et intelligentia multipliciter illuminatur.

Quod in omni rerū mutabiliū cōtēplatione necesse sit diuine sapiētie cōsiderationē inherere: Ca. XXVII.

Uinc illud cōsideratione dignū videtur: quod cōueniēter per moysen de circulis et vectibus statim subiungit: post quod de triplici cōtēplationis genere mystica descriptione digessit: quod (vni superius tracta-

tū est) de rebus visibilibus surgit. Quis enī
 nesciat hmōi visibilis machine: tā varia mul-
 tiplicitas: z tam multiplex varietas: quante
 cōfusiōi subiaceat: cum vniuersa eque eueni-
 ant iusto z impio: bono z malo: mundo z im-
 mundo: imolanti victimas: z sacrificia contē-
 nenti: sicut bonus: sic z peccator: vt piur?: ita
 z ille qui verū deierat. Quis queso est iste re-
 rum ordo: imo que tāta cōfusiō: q̄ oībus oīa
 eque eueniūt: q̄ bonis bona z mala: q̄ malis
 bona z mala pari sorte p̄tingunt: Intantū em̄
 huius cōfusiōis caligo imperitorū obtutū
 obnubilat: vt deū res humanas curare dubi-
 tet: vel penitus diffidat. Hinc vtiq; factū esse
 quis neget: vt antiquitas fortune fanū erige-
 ret: altare cōsecraret: Lerte si solis bonis so-
 la bona: et solis malis sola mala contingere
 cernerēt: id recte: id iuste fieri: nec imperiti ne-
 garent. Si vero bonis tantummodo mala: et
 malis tantūmodo bona acciderent: in hmōi
 dispositionis ratione assignāda: minus fortas-
 sis laborarēt. Videretur forte diuine iusticie
 cōgruere: nō nisi multis laborib⁹ p̄batos ad
 premia eterna p̄uehere. Nūc autē cū cōmu-
 nis casus cōmuniter omnes inuoluat: quātū
 putas in tanta diuinorū iudiciorū abyssō hu-
 mana p̄sideratio fluctuat. Si em̄ tāta mox di-

Richardus de arca mystica.

uersitatem diuina iusticia nō ignorat: cur q̄so
mortalib⁹ tā disparib⁹ disparia nō dispēsāt:

Si de⁹ malozū oīm finē p̄uidit: si certos quos
q̄ ad vitā p̄ordinauit. Quid q̄so est q̄ sapie ce
terozq̄ sp̄ualitū carissimatū dona reprobis eti
am q̄busdā largiter tribuit: multosq̄ electozū
sine his virtutū diuitijs induratos vitijs diu
facere pmittit. Si vero in oī hmōi fluctuatōe
p̄dictos diuine sapie circulos fidei manu for
titer app̄hēdimus: ad firmū certitudinis sta
tū nosipos citi⁹ erigimus. Si his circulis for
titer inherem⁹: si deū nō mō oīa scire: oīa dis
ponere: imo oīa ab eterno: z p̄sciuisse: z p̄ordi
nasse firmiter credim⁹: facile p̄uidere poterī
mus: quō in his oībus sapie sue peritiā cōmē
dat: qd̄ in tam tenebrosa tate cōfusions calī
gine: nihil est qd̄ an p̄sciētie z scie ei⁹ p̄spectū
latere valeat: qd̄ p̄destinatiōis sue: z dispositi
onis sue cursū: in tanta tot p̄turbationū silua:
nullū unq̄ alicui⁹ offensiōis obstaculū: q̄stu
lūcūq̄ p̄pediat: q̄ inē tot mutabilitatis anfra
ctus p̄ equitatis z pietatis semitas absq̄ villo
euagationis deulo ad destinatū locū p̄currat.

Venerabilis magistri richardi de
sancto victore liber secundus de arca
mystica feliciter explicit.

**Annotatio capitulorum libri tertii
eiusdem.**

**De materia quarte cōtemplationis: eiusq; p
rietate. Ca. I.**

**Quō differat: vel quantū emineat hoc ptem
plationis genus primo vel sc̄do. Ca. II.**

Itē quō differat: v̄l supemineat sc̄do. Ca. III

**Quomodo differat: vel quātum superemine
at tertio. Ca. III.**

**Quantū valeat fortiter insistere huic cōtem
plationi: vel quō mens ad ipsam pficiat ex
multa cōsideratione z cognitiōe sui. Ca. V.**

**Quō ex speculatione sui spiritualiū intelligē
tia cōparat̄: seu etiā amissa reparat̄. Ca. VI**

**Quō ex speculatione sui accepta intelligētia
ad omnia dilatat̄. Ca. VII.**

**De sensu triplici: p quos discurrere habet cō
sideratio sui. Ca. VIII.**

**De sensu intellectuali: quo solo possunt inuisi
bilis videri. Ca. IX.**

**De intellectuali specula: eiusq; supereminen
tia. Ca. X.**

De triplici distinctiōe q̄rte speculatiōis. Ca. XI

**De subdistinctione primi gradus huius con
templationis. Ca. XII.**

Quō in primo gradu huius p̄tēplatiōis mēs

Annotatio capitulorū.

ercere se debeat: vel quantū eiusmodi exercitatio valeat. Ca. XIII.

Designatio eorū que in hoc speculatiōis gradu cōprehendī nō possunt. Ca. XIII.

Quod nec negligere debemus illa que non nisi ex parte cōprehendimus. Ca. XV.

De subdīstīnctione secundi gradus huius cōtemplationis. Ca. XVI.

Quod quedam similiter in secūdo huius cōtemplationis gradu sunt: que cōprehendī non possunt. Ca. XVII.

De prima et secūda dīstīnctiōe huius cōtemplationis earūdem dīfferentia. Ca. XVIII.

Quod nullo sensu nostro cōprehendī valeant: quod ad tertiā dīstīnctiōem spectant. Ca. XIX.

Quō hoc cōtemplationis genus possit in quinque gradus diuidī: et que pertineāt ad primum gradum. Ca. XX.

De cōsideratione eorum que p̄tinent ad secūdum gradum. Ca. XXI.

De cōsideratione eorum que p̄tinent ad tertium gradum. Ca. XXII.

De cōsideratione eorum que p̄tinent ad quartum gradum. Ca. XXIII.

De cōsideratione eorum que p̄tinent ad quintum gradum. Ca. XXIII.

Finis.

Generabilis magistri Richardi de sancto victore liber tertius de arca mystica: In quo de quarto genere contemplationis tractatur: feliciter incipit.

De materia quarte cōtemplationis: eiusq; proprietate: Ca. I.

Ostquam ea

P que de circulis z vectib⁹ dicēda videbant^r executi sum⁹: postulat expositionis ordo: vt de quarto genere cōtēpla

tionis aliqua loqui debeamus. Cōstat itaq; hoc cōtemplationis genus: vt superi⁹ iam diximus: in incorporeis z inuisibilib⁹ essentijs: vtpote spiritib⁹ angelicis z spiritibus humanis. Digna sane materia: digna plane eorum sciētia. Nec est em̄ nobilis illa: imo nobilissima creatura ad imaginē dei creata: omnibus creaturis p̄lata: ad summū bonū facta: in ipso z de ipso honorū omnium creatore beanda. Ceterarum omnium p̄fectio creaturarū: sanctā sciētia hōz quasi ab imo respicit: z quātūcūq; excrescat: q̄uis multū se erigat: ad huius cel

Richardus de arca mystica.

3
2
1
itudinis culmē non ptingit. Attende q̄ recte
designetur p̄ ppitiatoriu: quod erat quidem
nō totum deauratū sed aureū: totum de auro
solo mundo atq̄ purissimo factū. Illud iube-
tur fieri de auro puro z mundo: tu doceris ex
eo in hac cōsideratione vti debere intellectu
subtili z puro. Quid hic facit phantasmatum
corpaliū creatrix: moderatrix: reparatrix ima-
ginatio. Recedat procul ab hoc negocio tot
phantasiaruz imaginatio formatrix: que tot
corporealiū formas quotidie nouas creat: an-
tiquas reparat: z p̄ tam multiplices variosq̄
modos p̄ arbitrio disponit z ordinat. Nil hic
psunt imo multū obsunt suoz simulacrorum
tam copiosa multitudo. Quid te improbum
huic operi ingeris: Quid te in hui⁹ p̄templa-
tionis officinā cum tāta importunitate intru-
dis: Quid tu in hac officina: quid tibi cū pu-
ra intelligentia: Nescis operari in auro: nihil
tibi in tali officio. Nescis purgare auruz: qui
semp turbas intellectū purū: aurum tuū mix-
tum est scorzia: immo auri tibi nulla est copia.
Faciendū est ppitiatoriu nostrū de auro mū-
dissimo. Nō est tibi qd offeras: nō est tibi qd
agas: ad tale z in tali negocio: nihil in hoc ope-
re opus habem⁹ opa tua paupcula z indisci-
plinata. Nec habes aurū: nec nosti artificiu.

Quicquid aliud est quam aux quod paras offerre:
non eo opus habemus: Tolle quod tuum est
et vade. Nil in hoc opere opus habemus ca-
parum pilis: sed nec pellibus arietinis: seu etiam
quibuslibet lignis. Quis multum sis dives:
et si hec seu his aliquid amplius habes: aurum
tamen habere non potes: nec est tibi in quo ar-
tifices adiues: pili caprarum: sordes concupi-
scentiarum: et ex carnis delectatione fetide dili-
genter inspecte sepius retractate: adiuvare pos-
sunt compunctos in oratione: exempla passio-
nis: et quis pelles arietum proprio sanguine rubri-
cate: iuvare possunt quamvis afflictum tribulati-
one pietatis operationes: et homini quolibet ar-
bores per misericordie opera fructifere: a mundi
silva absce: et ad iusticie normam dolate pdeem
possunt sedulis in administratione. Sed ho-
rum omnium et homini quorumlibet memoria turba-
re potest: potius quam adiuvare animos suspensos
in homini contemplationis specula. Quato enim
omnium corporalium phantasmatum perfecti obli-
uiscimur: tato profundius: tato liberi super munda-
narum essentiarum occulta rimamur. Dunder ergo
aurum suum: studeatque purgare intellectum ab
omnium incurfione phantasmatum: qui anhelat
ad faciendum sibi propitiatorium. Quis tamen det iue-
nire virum divitiarum: virum plene eruditum: talem

Richardus de arca mystica.

Deniq; virum: cui nec desit auri copia: nec artis industria: ad faciendū ppiciatoriū quo operienda est arca: Quis est ille qui sciat aurum suū ab omni scoria mundare: qui nouerit cor suū ab omni fantasia a deo purgare: quātum exigit dignitas operis: vel vrget auctoritas p̄ceptoris: Quis ille est qui sciat h̄mōi opus: ⁊ ad diffinitū diuino documento modū distēdere: ⁊ ad certā mensurā restringere: qui nouerit cor suū infimarū rerum cogitationibus in imo relictis: in solo sup mundanorū spectaculorum intuitu defigere: ⁊ quantū hui⁹ speculationis amplitudo exigit: intelligētie sue radios circūquaꝝ diffundere: Quis inquā ille qui tantā apud se copiā inueniat: qui tāta intelligentie viuacitate vigeat: vt sufficiēter ad manū habeat: vnde ⁊ quō possit ppiciatoriuz suū in tantā longitudinē extēdere: ⁊ in eā latitudinē expandere: qua possit totā arcam operire: qui eousq; ad celestīū animorū cōcordiā spūaliū gaudiorum armoniā intendat: vt omnem mundanā gloriā: omnē mundanā prudentiam: ⁊ p̄ despectū deorsum premat: ⁊ sibi ipsi interim p̄ obliuionē abscondat. Optimus mūdator auri: peritus artifex ppiciatoriij: qui tota nouit intētionē inherere celestib⁹: querens sola que sursum sunt sapere: vt nihil infimorū

Liber III Ca. II.

oim: vel p desideriu respiciat: vel p cogitatio-
ne aduertat. Quartu aut cōtemplationis ge-
nus q p̄dicta tria mira dignitatis sue eminentia
superet: diligētius intuentē: recte intelligē-
tem ratio manifesta latere nō sinit.

Quomō differat: vel quantū emi-
neat hoc cōtemplationis genus pri-
mo vel secundo: Ca. II.

Is scire quantū intersit inter primū:
v z hoc de quo loquimur quartū. Dis-
cute si potes quantū a se distent: auz
z lignū. Nam primū opus ex ligno: quartuz
ex auro cōficiē. Et prima p primū opus: secū-
da p scōm considerationis species figuratur.
Quantū a se differre putamus spiritū z cor-
pus: si tantū a se distat corpus et corpus: q̄s-
ta differentia erit corporis z spūs: Compera
si placet solē cū silice: z que sit summorū z in-
fimorū corporū differentia: facile poteris ad-
uertere. Longe tñ maior credit cuiuslibet dif-
ferētia corporis ad quēlibet spiritū: q̄s possit
esse differentia quozūlibet z quātūlibet dissimiliū
corporū. Puto qz fm distantia essenti-
arum: erit z differētia scientiarū. Quāta autē
differentia sit harū quas hic ad inuicē cōferi-
mus speculationū: saltē te admoneat vtriusqz

b

Richardus de arca mystica.

Instrumentū. Illa siquidē imaginationi: ista autē innititur rationi. Sed quantum putamus interesse inter imaginationē et rationē: nisi quantum interest inter dominā et ancillā: iter indy- tam et ignominiosam: eruditā et fatuam: Vidi si quantum hoc cōtemplationis genus supereminet primo: attende et nunc quantum differat a secundo. Cōpara ad inuicē figurā amborū: cogita si potes quod sit iter arce deaurationē et ppitiatorij aureū: opus videlicet secundū et quartum. Attende itaque vtriusque sitū et locum: et quod illud quidē adheret: istud autē supereminet ligno. Sed et illud surgit ab imo: istud vero iacet in summo. Et quidē vtriusque opus ex auro cōficitur: nā in vtraque harū speculationū rerum existentij ratio queritur: sed in illa ratio rerū visibilium: in ista essentiarū inuisibiliū dignitatem aut occultam rimamur: aut propalatam miramur. Ibi ergo ligna quedam velut auri fulgore ornamus: ibi rerum tantummodo dispositionem cū rationis assignatione discutimus. Sed artificiale illud ppitiatorij nostri opus recte quidem lignis omnibus superfertur: quod calcatis vndique corporalium fantasmatum occurribus sublimis huius investigationis libamine animus ad summa leuatur: et in eorum admiratione suspenditur. Ibi quidem arce nostre

deauratio paulatim surgit ab imo: et dum sen-
sim ad altiora proficit: quandoque summitates arce
nostre apprehendit. Sic nimirum: sic ex rerum vi-
sibilem cognitione: ex vanitatis mutabilita-
tisque consideratione cogit animus ea ipsa que
minus miratur fugere: et de quodam quasi im-
mense fluctuationis diluuium in auram vere liber-
tatis effugere: cui est proprium plene inma dese-
rere: inferiora omnia per despectum calcare: et in
summis et veris bonis per desiderium requiesce-
re. Nihil verius: nihil rectius utique: et absque
ulla dubitatione mundanorum mutabilitas quam-
to diligentius conspicitur: tanto melius: tanto
manifestius et per fortitudinem fugienda: et per de-
spectum calcanda cognoscitur. Quis enim in ip-
sis sunt innumera ex diuina dispositione mi-
randa: sunt tamen eadem ipsa et per sua mutabilita-
te contemnenda: et per nostra utilitate fugienda.
Quid est quod propitiatorium ne lignis immediate iun-
gatur deaurationis interpositioe semouet: nisi
quod ex mutabilium cognitione: et mutabilitatis con-
templatione ab eorum amore repellimur? At-
tendant ergo unusquisque nostrum in huius propitiatorium:
et tunc redeat ad seipsum. Ecce propitiatorium no-
strum imis superminet: in summis iacet. Su-
pereminet ut presideat: iacet ut quiescat. Ascen-
de ergo et tu ad cor altum: fige in summis de-

Richardus de arca mystica.

siderium tuū: et inuenies tam iocundū quā tran-
quillū reclinatoriū.

Item quomodo differat: vel sup-
emineat secūdo: Ca. III.

3
p
2
3
Assumimus tamē adhuc differentiam
harum cōtemplationū propriam et spe-
cialem ostendere: si in earū figurā ve-
limus diligētius intendere. Oportuit em̄ pro-
piatorū utpote arce operculū nō nihil habere
re spissitudinis. Deauratio vero multū tenuis
pene imo penitus nil videt hēre nō dicā crassi-
tudinis sed nec soliditatis. Quid em̄ deaurati-
onē rectius appellemus: quā quandā sensus ex-
terioris illusionē? Illud siquidē cui deaura-
tio supducitur: totū aureū visui exteriori men-
titur. Sic nimirū: sic scientia illa que inflat: quā-
rundā quidē alta sapientiū: sed carnaliter de-
sipientius: oculos magis illudit quā illuminat.
Quo em̄ tibi sciētia exteriorū: nisi forte te ad-
iuuet ad sciētiam interiorū: alioquin sapiētia
tua stulticia est apud deū. Quid tibi prodest ce-
tera omnia scisse: et teipsum nescire: creatorēque
tuū ignorare? Quid tantū gloriari mundi philo-
sophe? Si gloriari oportet: non in te: sed in
dōno gloriare? Profecto si hec tua sapiētia in-
sipida: et doctrina indocta: te ad cognitionem

tui: seu etiã ad noticiã dei puocaret: te nõ taz
 tumidum q̃ timidũ redderet. Si sapis recte:
 si sapis vere: noli altũ sapere: sed time. Quid
 habes qđ nõ accepisti: Gloriarĩ oportet in il-
 lo a quo accepisti. Quid autẽ gloriaris quasi
 nõ acceperis: Si voluero inquit gloriari nõ
 ero insipiens: veritatẽ em̃ dicam. Vides cer-
 te qđ nomen habeã ex re: philosophus dicoz:
 amator sapientie: eo qđ dixerim sapiẽtie: So-
 roz mea es: z prudentiã vocauĩ amicã meaz.
 Falleris falleris philosophe: species em̃ de-
 cepit te: z cõcupiscentia subuertit cor tuum.
 Hec quã sapientiã putas: sapientiã nomĩas:
 stulticia est apud deũ. Quid tibi pdest cetera
 omnia scisse: Quis ergo inquis ei locus est in
 arca sapiẽtie: vel quid tale opus tali eguit de-
 auratione: si supficientenus lucet: si nihil sol-
 dum habet: cur in tali opere locũ materie te-
 net: Audi ergo si placet: quid placeat in ope-
 re nostro: vel quid nobis displiceat in opere
 tuo: Arca tua nõ habet operculũ: nescĩ facere
 ppitiatorũ: sed sola contentus deauratione:
 gloriaris de operis cõsumatione: facis et ne-
 scis opus cõtumelie: dignũ sane omni derisi-
 one: eo qđ ceperis edificare: z nõ potueris con-
 summare. Stulte z insipiens nescis an dissimu-
 las: qz vas qđ operculũ nõ habet iuxta diu-

Richardus de arca mystica.

num p̄ceptū facile occasione frangi oportet.
Dignum sane vas qđ frāgi debeat: eo qđ sem-
per ⁊ vbiq; sordibus omnibus pateat. Dun-
das immūde philosophe: qđ deforis est va-
sis tui: intus autē plenū est omni spurcicia: et
sola cōtentus fama nullum studiū exhibes in
emundanda cōscientia. Arca tua exteri⁹ splē-
det: intus sordet: vtpote que operculū nō ha-
bet. Captator fame: neglector cōscientie: nun-
qđ nā non attendis: quia hec oportuit facere:
⁊ ūla nō omittere. Luceat arca tua exteri⁹: lu-
ceat nihilomin⁹ interi⁹. Exteri⁹ luceat p̄pter
illō: Sic luceat lux v̄sa corā hoīb⁹: vt videāt
opa v̄ra bona: ⁊ glorificēt patrē vestrū qđ in ce-
lis est. Intus autē nihilomin⁹ luceat: p̄pter il-
lud: Pharisee cece munda prius qđ intus est
calicis ⁊ parapsidis: vt fiat ⁊ id qđ de foris est
mundū. Opus ergo habet arca nostra deaur-
ratioe: sed nō oportet eā sola deauratione p̄tē-
tā esse: nā sine operculo non pōt internā mun-
diciā cōseruare. Stude ḡ iuxta diuinū docu-
mentū facere p̄pitiatorii: ⁊ quale sapientie ar-
cam decet. Accipe opculū philosophe imun-
de: si vis habere sapientie arcā intrinsec⁹ mun-
dam: ⁊ si cōseruare cupis cordis mundiciam.
Ascēde ad hunc quartū p̄tēplationis gradū:
qui designat p̄ arce p̄pitiatorii. Superi⁹ ias

dixim⁹ q̄ hec illa est speculatio que habet de
substantijs inuisibilibus: humanis videlicet
seu etiā angelicis spiritib⁹. Primū ergo est in
hac cōsideratione vt redeas ad teipsū: intres
ad cor tuū: discas estimare spiritū tuū. Discu
te quid sis: q̄d fueris: quid esse debueris: q̄d
esse possis. Quid fueris p̄ naturā: q̄d mō sis p̄
culpam: quid esse debueris p̄ industriā: quid
adhuc esse possis p̄ gratiā. Discce ergo ex tuo
spiritu cognoscere: quid debeas de alijs spiri
tibus estimare: hec porta: hec scala: hic intro
it⁹: iste ascēsus. Hac intrat̄ ad intima: hac ele
uatur ad summa. Hec via ad huius specula
tionis fastigiū: hoc fabricandī ppitiatorij arti
ficiū. Hec est ars absq̄ dubio p̄ quam cordis
mundicia recuperat̄: recuperata seruat̄. Vi
des certe q̄ recte hoc opus arce operculū di
cimus: p̄ q̄d interiorum mundiciā munimus.
Vtiq̄ si arca tua cū deauratione sua tali op
culo huius ppitiatorio subiaceret: si tua phi
losophia tali philosophie subseruiret: utiq̄
nobis ⁊ ipsa placeret. Sed norūt ea utiq̄ no
stri melius theologi q̄ mūdi philosophi. De
niq̄ audi q̄d nobis ī nostro opere placeat: vel
quid tibi in arce nostre deauratione placere
iuste debeat. Primo q̄ ligno superponitur:
secundo q̄ propitiatorio supponitur: tertio

Richardus de arca mystica.

¶ vtriq; interponit. Ligno supponit vt emi-
neat: z cōcupiscentiā oculorū tibi abscondat:
z sit tibi in velamē oculorū tuorū: ne forte ape-
riantur oculi tui z videant vanitatē. Propiti-
atorio supponit: vt in alta attollat: vt inferior
scientiā supiori subseruiat: z mētis oculū mul-
to exercitio ad altiora capiēda exacuāt. Pro-
pitiatorio z ligno interponit: vt ab inuicē di-
uidat: z anīmū humanū ab inferiorū amore
suspendat: ne forte de sublimibus deiect^o: et
de loco voluptatis a ppria cōcupiscentiā ab-
stractus: z illect^o: post cōcupiscentiās suas eat
z fiat vagus z pfugus sup terram.

Quomō differat: vel quantū sup
emineat tertio: La. III.

Comparauimus iam quartū cōtem-
c plationis gradū cū primo z secūdo:
cōferatur adhuc si placet etiā cū ter-
tio. Sed hoc forte melius facim^o si i vtriūsq;
figurā intēdimus. Intendēs itaq; in amboꝝ
figurā: aureū scz ppitiatoriū: aureāq; coronā
multiplicē eorū inuenio differentiā. Taceo il-
lud q; corona ligno affigitur. Nā tertius pte-
plationis gradus (vt super^o monstratus est)
imaginationi innitit. Quart^o vero hic (de q;
modo loquimur) omnē imaginationē sue in-

uestigationis altitudine calcare cōtendit. Unde ppter similitudinis exp̄ssionē pp̄itiatorii nostrū: nec ligno adherere: nec affigi debuit. Transeo ⁊ illud q̄ corona stans in altrū surgit: pp̄itiatorii vero iacens in magnā se circū qua q̄ amplitudinē expandit: eo q̄ in hmōi p̄tem platōis dulci suauitate: ⁊ suauī dulcedine anī mus sibi magne securitatis locum: ⁊ mirande tranquillitatis secretū primo inueniat: ⁊ tam insolita: inexptaq̄ iocūditas cordis desiderii ad quietē colligat: ⁊ ad pacem cōponat. Sed vtriusq̄ magnitudinē attendo: ⁊ eorū in hac parte differentiā sine diligenti cōsideratione nō transeo. Ecce em̄ qđ negare nō valeo: nihil differūt in materie qualitate: sed multum est p̄ omnē modū: q̄ ab inuicē distant in materie quātitate. Vtrūq̄ ex auro format: quia vtrūq̄ in ratiocinatiōe versatur. Sed p̄ exigūū valde est illud tantillū auri vnde corona p̄ducitur: si ad pp̄itiatorii magnitudinē comparet. Deniq̄ hmōi mensura cū magna diligentia tam in lōgitudine q̄ in latitudine diuīno magisterio diffiniē. De illi⁹ autē magnitudine oīno tacetur: nec ulla ei⁹ mensura describitur: ac si diuīn⁹ sermo de corone fabricatione tacite innuat: Qui pōt cape capiat: ⁊ vnus quisq̄ q̄tū pōt facere faciat. Puro q̄ si eius

Richardus de arca mystica.

altitudo: vel vsq; ad dimidiū cubitum se extē-
dere potuisset: qđ diuinus sermo hoc oīto ta-
cite nō preteriret. Sed nouit domin⁹ figmen-
tum nostrū: z eum qui docet hominē scientiā
oīno latere nō potuit: quātā ad hoc opus hu-
mana paupertas auri inopiā sustineat: z quō
eam in eius cōsiderationis specula sensus sui
exiguitas angustet. Quo nā em̄ mō eo loco sa-
piētie auri abūdet: vbi ad ea q̄ intelligēda sūt
oī instrumentō caret: vel si hz habet. Quale q̄
sō homo instrumentū inueniet ad apphēdē-
dam eā pacem: que exuperat omnē sensum:
Quo queso sensu cōprehendat quod oculus
non vidit: nec auris audiuit: nec in cor homi-
nis ascēdit. Nam cū paulus vel paulo simi-
lis eleuatur sup seipsum: rapit vsq; ad tertius
celum: profecto archana illa que non licet ho-
mini loqui: nō inuestigat per spiritū pprium:
sed reuelat ei deus per spiritū sanctum. Sed
quicquid iuxta hunc modum per quendam
mentis excessum humana ratio attingit: hu-
lus tertie cōsiderationis specula p̄ nimia exi-
guitatis sue angustia minime capit. Deniq;
ad aliud non autē ad hoc cōtemplationis ge-
nus pertinet quicquid humana experientia p̄
mentis excessum raptim videt. Quid ergo mi-
rum si mentes humanā scientie sue exiguitas

angustat: in ea potissimū consideratione: ubi ad ea que inuestiganda sunt magna sensus inopia laborat. Quicquid em̄ de rerū inuisibilium cognitione: ratiocinādo colligit: vel per rerum visibiliū similitudinē inuenit: in veritatis cōtemplatione pene nihil esse deprehendit. Unde est q̄ corone nulla mensura prescribit: que in ppitiatorij descriptione tam diligenter exprimitur: puto qz ex his patenter datur intelligi: cur in hoc adhuc opere tāta sit inopia auri.

Quantum valeat fortiter insistere huic cōtemplationi: vel quomō mēs ad ipsam pficiat ex multa cōsideratione ⁊ cognitione sui: Ca. V.

Si aut̄ querit sapiētie auro abūdare q̄ debet iuxta vires suas huic q̄rte cōtemplationi insistere: ac ppitiatorio fabricādo fortiter desudare. Placet em̄ multuz poēm modū huius opus: ⁊ offert in id operis sponte sua oīs vltioneus: nō dicā quātū satis est: sed pene sp̄ plusq̄ necesse est. Nunq̄ auri copia illi deesse poterit: qui huic operi fortiter institerit. Si rationē queris rationē accipe. Cum em̄ incipis spiritalibus theorijs insistere: ⁊ per spiritū tuū cōsiderationē in spiritū

Richardus de arca mystica.

cōtemplatione assurgere: et in hunc modū spiritalibus spiritualia cōparare: incipis et tu spiritualis esse. Immo absq; dubio in hac cōtemplatione pficeris: qđ in pcedenti incipis esse videlicet spūalis. Et satis nosti: qz spūalis dūdicat oīa: et b̄ q̄lis erit sciētia: q̄ntaue auri huius copia posse dūdicare oīa. Tūc adhuc tibi apertius ostendi vnde tibi cōparare possis hanc copiā auri. Nūquid nam mētī excidit qđ regnū dei intra nos sit: Ecce inquit intra nos est regnū celozū. Sed nūquid similiter intra nos est etiā aurū? Quid inquit tūcine oblitus es: quia simile est regnū celozū thesauro abscondito in agro. Ecce vnde tibi copia auri: copiose abūdet ad manus habes: effode si placet: tantūmodo vade: et vende que habes: et eme agrū istum: et quere thesaurus absconditum. Quecūq; in mūdo cōcupiscis: quecūq; in mūdo amittere metuis: impēde libēter p libertate cordis. Empto autē agro fode in altū: exultans nimirū sicut qui effodiunt thesaurū: gaudentq; vehemēter cū inuenerint sepulchrum. Querere autē oportet thesaurū hunc in pfundo: qz sapientia trahit d̄ occulto. Sed me miserum: vnde mihi aurū in deauratiōe corone: et ppitiatorij. Argentū et aurū non est mihi: et vnde vel quō possunt hec fieri. Qua arte q̄so

Liber III

Ca. V.

aurū mibi cōpero: Fodere nō valeo: mendicare erubescō: scio quid faciā: vadaꝝ ad patrē meū: patrē misericordiārū: a quo omne datū optimū: z omne donū pfectuz: eo q̄ sit diues in omnes: qui dat omnib⁹ affluēter: z nō improperat. Effundo itaq; in cōspectu ei⁹ orationem meā: z paupertatē meā ante ipsum p̄nuncio: z auri inopiā: z dicam ei: Domine tu scis insipientiā meā: z substātia mea tanq̄ nihil ante te. Da mibi intellectū dñe: z aurū habeo: z diues sum. Custodi animā meā qm̄ infirmus sum: z quale cōcupisco habeo pp̄itiatorii. O quāta illi copia auri extitit: qui in veritate psallere potuit: Sup omnes docentes me intellexi. Et rursus: Sup senes intellexi: qz mandata tua quesui. O quale pp̄itiatorii habebat: qui corā dño fiducialiter psallebat: Protexisti me a cōuentu malignantiū a multitudine operantiū iniquitatē. Sero quidem verūtamē tandē aliquādo paulus sibi fecerat pp̄itiatorii: qui palā p̄fitetur: nihil mibi conscius sum. Sine em̄ ingenti cōsilio cōscientie sue arcā mundare nō nosset: z sine aureo pp̄itiatorio cordis archana munda seruare nō posset. Sz eo adhuc tempore quando p̄secutus est ecclesiam dei: puto qz pp̄itiatorio careret. Sz reputatū est ei ad indulgētiā: eo q̄ nesci⁹

Richardus de arca mystica.

hoc faceret: et aurū nō haberet unde sibi ppitiatorium faceret. Deniq; quo nā modo ppitiatorium facere poterat: quādo apertis oculis nil videbat: sed postq̄ recepit lumen oculorū suorū: factus est vir videns paupertatē suam et de reliquo curam sui curiosius agens: reuersus est in semetipsum: et experimento didicit: qđ absq; dubio intra nos sit regnū celoz. Inuento nāq; thesauro abscondito in agro: ditatus est valde: et factus inclyt⁹ cepit possidere substantiā multā nimis sup milia auri et argenti. Deniq; audī gloriante: nō tam de auro q̄ de thesauro. Habem⁹ aut (ait) thesaurū istū in vasis fictilib⁹. O virum diuitiarum: o vere inclytuz factū. Nunquid nā nō erat vir ille ditissimus inter omnes oriētales: qui sapientiā loquebat̄ inter pfectos: Sed quid de illo dicturi sumus: qui nō sero quidē sicut paulus: sed ab ineunte etate ppitiatorium sibi fecerat: p quod et cordis sui mundiciā seruauerat. Unde et dicebat: Neq; em̄ rephendit me cor meum: i omni vita mea. Deniq; si et tu cupis implere dominicū pceptū: omni custodia serua cor tuū: et quale a te dñs exigit cepisti facere ppitiatorium. Disce vel exemplo quid facere expediat. Audi dauid quomō tibi seipsum in exemplū pponat: Deditatus sum (inquit) no/

cte cū corde meo: et exercitabar ⁊ scopebā spi-
ritum meū. Deditabatur ille cum corde suo:
meditare ⁊ tu cum corde tuo. Scopebat ⁊ ille
spiritum suū: scope et tu spiritum tuū. Exerce
agrum istū: attende temetipsum absq; dubio
insistens huic exercitio: inuenies thesaurum
istum absconditū in agro.

Quomō ex speculatione sui spiri-
tualiū intelligētia cōparat: seu etiam
amissa reparatur: Ca. VI.

Hoc exercitio crescit auri copia: mlti-
plicatur scientia: augmentatur sapi-
entia. Ex hoc exercitio cordis oculus
mundat: īgeniū acuit: intelligētia dilatat. Nū-
hū recte estimat: qui seipm ignorat. Nescit q;
sub pedibus suis omnis mūdana gloria iace-
at: q; pditionis sue dignitatē non pensat. Ne-
scit oīno: nescit qd de spiritu angelico: qd de
spiritu diuino sentire debeat: q; spiritū suū pri-
us nō cogitat. Si nōdū idone⁹ es intrare ad
temetipsum: quomō ad illa rimanda idoneus
eris: que sunt supra temetipsum: Si nondū
dignus es intrare in tabernaculum primum:
qua fronte psumis īgredi in tabernaculū secū-
dū: h est: in scā scōꝝ: Si nōdū moliri potes
gress⁹ altos: vt cū dño iesu: vel saltē cū moyse

Richardus de arca mystica.

ascendas in montē excelsū: qua p̄sumptiōe
paras volare in celum: Prius redi ad te q̄ r̄i
2 mari p̄sumas que sunt supra te. Prius sol or
tus sui cōfinita irradiat: q̄ ad altiora conscen
dat. Hinc etiā p̄ salomonē dicitur: Oritur sol
z occidit: z ad locū suū reuertit: ibiq̄ rena
scens girat p̄ meridiē: z flectitur ad aquilonē.
Ergo sol ad locū suū reuertit: vt ibi renasca
tur: indeq̄ renascēs paulatim se ad altiora ele
uat: vt postmodū celi verticē tangat. Oritur
inquit sol: z occidit: z ad locū suū reuertit.
2 Sol oritur quādo veritatis itelligētia cordi
inspiratur. Itēq̄ sol occidit: cū itelligētie ra
dius subtrahit. Sed post occasum sol ad lo
cum suū reuertit: vt iterū renascatur. Solis
2 huiuscemodi locus ip̄e est anim⁹. Ex ip̄o em̄
animo itelligentia nascit: qū a diuina gratia
visitatur. Quid ergo est solē ad locū suū redi
re: nisi mentis intuitū ad sui cōsiderationē re
flectere: Post occasum ergo sol ad locū suū
2 reuertitur: qz p̄ subtractionē gratie ad defect⁹
sui cōsiderationē mentis oculus reuerberat.
Per hoc em̄ qd diuina gratia se ad tēpus sub
trahit: cogitur homo coḡscere q̄ nihil sit: z q̄
p̄ se nihil possit. Sed post loci sui reuersionē
iterū renascit: qz p̄ cōsiderationē pprie infirmī
tatis amissa itelligentia reparat.

Quo ex speculatione sui accepta
intelligētia homo ad omnia dilatat.

Capitulū. VII.

In loco autē suo sol renascēs paulatim
ad altiora p̄scēdit: cū anim⁹ p̄ sui co-
gnitōez ī celestiu p̄tēplatiōz assurgit.

Sz cū ad summū vsqz p̄ducit: ibi libēter im-
morat: qz mira illic sup̄celestiu spectaculorū
iocūditate reficit. Studiosē itaqz in eo locoꝝ
moras innectit: vbi cursum suū in circulū fle-
ctit. Ea pp̄t vtiqz gyrat p̄ meridiē: neqz eo de-
siderio fert: ī imo: s̄ flectit ad aq̄lonē. Focū
da sane admodū plaga meridiana a nimietate
luc̄ z calore diei: eo q̄ dulce sit valde z dele-
ctabile aspectu contemplari beatoꝝ spiritūū
ordines hilarescētes in claritate et charitate
dei. Nihil p̄culdubio tale habet aquilonaris
illa plaga p̄petuis tenebris addicta: z p̄ henni
frigore dānata: eo q̄ in talib⁹ regiōib⁹ digne
cruciet̄ reproboꝝ corda: z p̄ maliciā frigida: z
p̄ ignorantia ceca. Nō ḡ illuc vsqz p̄currit: sed
tū flectit. Nā nullo desiderio puto ad tam in-
amabilē regionē trahit: flectit tū vt q̄ illic sūt
q̄si alonge p̄spiciat: et q̄ mala qua cautelaqz
vitare debeat agnoscat. In oriēte accipimus
cognitiōnē morū n̄oꝝ: discretiōnē virtutū z

Richardus de arca mystica

vitioꝝ. In meridie cōtēplamur p̄m̄ia merito
rū bonoꝝ: gaudia ciuiū supnoꝝ ⁊ arcana di
uinoꝝ secretoꝝ. In septētrione cognoscimus
retributiōes maloꝝ meritoꝝ: malignoꝝ sp̄iri
tuū dānationē ⁊ reproboꝝ hoīm finē. Vides
q̄tū valeat homī plena cognitio sui p̄i? Ex
hac siq̄dez cognitioe p̄ficit hō ad cognitionē
omniū celestiuū: terrestriuū ⁊ infernoꝝ.

**De sensu triplici p̄ quos discurre
re habet cognitio sui. Capi. VIII.**

¶ Iḡ cupis euolare vsq̄ ad secūduū si
ue etiā vsq̄ ad tertiuū celū: sit tibi trāsi
tus p̄ p̄mū. Sp̄s siq̄dē oīa scrutat:
etiā profunda dei. Si ergo ⁊ tu scrutari pa
tas p̄funda dei: scrutare prius p̄funda sp̄s
tui. Profundū siq̄dē ūno ⁊ p̄auū ē cor hoīs
⁊ inscrutabile: ⁊ q̄s coḡscet illud: Inscrutabi
le sane nisi forte ei q̄ spiritalis ē. Spiritalis. n.
diūdicat oīa: ⁊ ip̄e a nemine iudicat: eo q̄ so
li spirituales digni inuēti sūt q̄ videāt opa dei:
⁊ mirabilia ei ī p̄fūdo. In h̄ sane p̄fūdo iue
nies multa stupēda: ⁊ admiratiōe digna. Ibi
iuenire licet aliū quēdā orbē terraz: latū q̄dē
⁊ amplū: ⁊ aliā quādā plenitudinē orbis terra
rū. Ibi sua quēdā t̄ra suū habet celū: nec vnū
t̄m: s̄ post p̄mū secūduū: ⁊ tertiuū post p̄mū ⁊ se

cū dū. Et vt h̄ triplex celū cōgrua possim⁹ di-
 stinctiōe discernere: p̄mū dicat̄ imaginabile:
 secūdū rōnale: tertīū intellectuale. Tenet ita }
 q̄ imaginatio vicē p̄mi celi: rō sc̄di: intelligen- }
 tia h̄o tertij. Et horū q̄dē p̄mū ceterorū cōpa- }
 tiōe grossū atq; corpulentū: z suo q̄dāmō pal- }
 pabile atq; corpeū: eo q̄ sit imaginariū atq; }
 fāsticū: post se trahēs z i se retinēs formas }
 z silitudines rerū corpaliū. Reliqui h̄o duo }
 celi hui⁹ cōpatiōe admodū stiles sūt z oīno }
 incorporei: z a p̄mi crassitudine ml̄tū lōginq;. }
 Sic sane celū exteri⁹ q̄d nos dicim⁹ firmamē }
 tū absq; vlla dubitatōe cōstat eē visibile atq; }
 corporeū: z ip̄m q̄dē oīm p̄mū z infimū. Qd }
 aut̄ est tr̄a ad h̄ visibile celū: h̄ ē sensus corpo- }
 re⁹ ad illud internū et fantastīcū ac imagina- }
 riū celū. Nam sicut hoc visibile celū omniū }
 q̄ terra gignit atq; nutrit multitudinez sinus }
 sui magnitudine cōprehēdit: sic omniū q̄ sen- }
 sus attingit: appetitus suggerit silitudines in- }
 tra sinū suum imaginatio includit. In primo }
 itaq; celo cōtinent̄ oīm rerū visibiliū imagi- }
 nes z silitudines. Ad secūdū h̄o ptinēt visibi- }
 liū oīm rōnes: diffinitīōes: z inuisibiliū inue- }
 stigatōes. Ad tertīū aut̄ spectant spiritaliū }
 operum z diuinorū cōmp̄hensiones z cōtem- }
 plationes.

Richardus de arca mystica.

De sensu intellectuali: quo solo
possunt inuisibilia videri. Ca. IX

Intelligētie siquidē oculus est sensus
ille quo inuisibilia videm^r: non sicut
oculo ratōnis quo occulta z obscura
inuestigatiōe querim^r z inuenim^r: sicut sepe
causas p effect^r: vl' effect^r p causas: z alia atqz
alia quocūqz mō rōcinādo cōprehendim^r: s
sicut corporalia corporeo sensu videre solemus
visibiliter: p̄sentialit̄ atqz corporalit̄: sic utiqz
intellectual̄ ille sensus inuisibilia capit inuisibili
ter quidē s̄ p̄sentialit̄ s̄ essentialit̄. Sed habet
sane hic oculus intellectualis añ se velū ma
gnū oppansū ex delectatiōe peccati fuscatum:
et tot desiderioꝝ carnaliū multiplicitate con
textū: qz cōtemplantis intuitū a diuinorū se
cretorū arcanis arceat: nisi quātū diuina di
gnatio quēlibet pro sua aliorū ve utilitate ad
miserit. Testat̄ h̄ p̄ph̄a qui dño pclamabat:
Reuela oculos meos. Profecto velatos ocu
los se h̄ie probat: q̄ eos a dño reuelari postu
lat. Videt tñ aīa isto oculo q̄ citra velū sunt:
hoc est inuisibilia sua: ea videlicet que in ipsa
sunt: nō tñ oīa: qz nō oīa citra velū sūt: eo qui
dem oculo q̄ sua quedā: videlicet seip̄am: id est
aīe ip̄i^r essentiā videre nō valet. Sz dubitari
pōt vtrū nam eodē hoc intelligētie oculo vi

67

Liber III Ca. IX. .X.

furi sumus ea q̄ vltra velū esse significam⁹: an
alius sensus sit q̄ vtamur ad vidēda iuisibilia
nra: ⁊ ali⁹ sensus sit q̄ vtamur ad videnda in-
uisibilia diuina. Sed q̄ aliū sensum intuitum
supioꝝ: ⁊ aliū intuitū inferiorū esse cōtendūt:
videāt vñ hoc pbare possint. Hinc tñ eē cre-
do q̄ hui⁹ vocabuli: h̄ est intelligētie significa-
tionē toties cōfundūt. Nam nūc circa supioꝝē
tñ: nūc solū circa inferiorē speculationē eius
significationē restringūt: nūc vtrūq̄ sensū s̄b
vni⁹ hui⁹ vocabuli significatōe cōprehēdūt.
Verūtñ hūc geminū supioꝝ ⁊ inferiorū intui-
tū: siue dicam⁹ geminū q̄ si in vno capite sen-
sum: siue duplex tñ eiusdē sensus instrumētū:
siue eiusdē instrumenti geminū effectū: q̄cqd
hoꝝ velimus eligere: nihil tñ impedit dicere
vtrūq̄ eoꝝ ad intellectuale celū p̄tinere. Cur
etenī h̄ etiā celū duo lumīaria magna non di-
cat h̄e sicut ⁊ de ceteri oportet credere: vt i h̄
supmo celo speculatio s̄blimioꝝ atq̄ subtilioꝝ
sit lumīare mai⁹: ⁊ speculatio inferior ⁊ obscu-
rior sit lumīare min⁹:

**De intellectuali speculatione eius-
q̄ supeminentia. Capi. X.**

h Habet autē h̄ vltimū ⁊ sūmū celū diem
suā: habet nimirū ⁊ noctē suā. Et si h̄

Richardus de arca mystica

celū attendim⁹ q̄ diu in hac vita sumus: quid aliud q̄ noctē habem⁹: Nihil aliud h̄re possum⁹ donec nox ī suo cursu iter suū pegerit: ⁊ auroza lucis rutilās: noctis tenebras deterferit. Verūt̄n̄ hec nox sicut dies illuminabit: eo q̄ quilibet inferiorū celoz dies ab hui⁹ noctis super claritate. Siquidē fecit deus lunā ⁊ stellas in potestātē noctis: ⁊ idcirco hec nox illuminatio mea in delictis meis. Habet em̄ lunā suā lumīare illud minus qd̄ sup̄ius assignauimus: Habet ⁊ stellas expandentes lumen suum: multiformes utiq; modos diuinaz reuelationū. Sz q̄ dormiūt: nocte quidē dormiūt nec possūt videre celi hui⁹ lumīaria: nec corā dño psallere cū p̄p̄ha: Qm̄ videbo celos tuos opa digitorū tuoz: lunā ⁊ stellas q̄ tu fundasti. Sic nec illd̄: Vedia nocte surgebā ad p̄fitendum tibi. Quid dicam d̄ hmōi homīe: eo q̄ frustra expectet diē ⁊ nō videat nec lucē surgētis auroze: Profecto q̄ eiusmodi sūt sicut cera q̄ fluit auferent̄: sup̄cedit ignis ⁊ nō viderūt solem. Felices q̄ fiducialiter de hui⁹ diei mane psallere audēt: Vane astabo tibi ⁊ videbo: qm̄ nō deus volēs iniquitatē tu es. Puto hui⁹ diei meridiē significasse: q̄ dilecto suo dicebat: Indica m̄ quez diligit aīa mea: vbi pascas: vbi cubas ī meridiē: Puto hui⁹

diei mane significare voluisse: eiusq; deside-
rio diu estuasse q̄ dicebat: Sperabā vsq; ad
mane. Quis ex nobis oib; exultauit vt vide-
ret diem istum: vidit z gauisus est: Profecto
magn; ē q̄cūq; ille ē. Meminē tm̄ credo ad h;
diei meridiē in hac dūtaxat carne corruptibi-
li posse p̄tingere: q̄uis nō audeam negare de
mane. Profecto q̄sq; nostrū ad hui; diei cla-
ritatē potuerit puenire: dū ortus fuerit sol de
celo: videbit sn̄ie illius veritatē: quā absq; du-
bio dicit sapia: Dulce lumē z delectabile ocu-
lis videre solē. Sol hui; diei ortū habet: sed
nescit occasū: sic z ip̄e dies caret vespa: q̄uis
incipiat ab auroza. Nō nouit illud celū celoz;
nisi vnū diem tm̄. Sed melior est dies vna in
atrys eius sup milia diez inferiorz celoz. Nā
scdm̄ p̄fecto celū habet dies multos z noctes
etiā innumeras: fm̄ q̄ sol ei; orit; z occidit: et
ad locū suū reuertit;. Sic z p̄mū celū accepit
lunā in tpe: z sol cognouit occasum suū. Sed
sūmū celi: sol z luna steterūt ī habitaculo suo.
Lū em̄ celi hui; lumīaria ad sūmū puenerint
figūt cursū suū: nec de cetero vnq; declināt ad
ocassū. Si oino z absq; dubio regnū celozū
intra nos ē: si ī nobis ip̄is illd̄ inueniri pōt: vbi
q̄so q̄ in h; celozū sūmo recti; querit;: citi; in-
uenit;: z tutius possidet;: Puto q̄ oīs regni

Richardus de arca mystica.

illi⁹ regiões abundāt auro: eo q^d sile sit regnū
celoz thesauro abscondito in agro. Nā si scie
auruz: si sapie thesaurū q^{ris} z diligis: vbi q^o
so abūdantiorē copiā q^m in h^o celoz sūmo inue
nire poteris: Vbi obsecro summe sapie clari
tas poterit tibi melius elucescere: q^m in exp^{ta}
illi⁹ imagine: q^m in excellētissimo eius ope: aie
videlicet creatōe: repatōe atq^e glificatiōe: Ex
hac sane specula: quasi e vicino valet et solet
videri q^{lis} sit illa sublimitas spūs angelici: et
q^{lit} sit illa supeminēs magnitudo spūs diuini.
Nusq^e locoz apparet veri⁹: certi⁹ atq^e limpi
dius: q^m e sublimi solij huius fastigio: q^{lit} sit illa
supnoz ciuiū sūma et sempiterna beatitudo.
Nusq^e q^m ex h^o excellētissimo celoz spūs ille q^o
scrutat oīa etiā pfunda dei: sereni⁹ ptemplat
iuisibilia illa dei: q^o p ea q^o facta sūt itellecta cō
spiciunt. Nusq^e in omī ei⁹ ope q^m in aie crea
tiōe: repatiōe z glificatiōe apparet ei⁹ v^l po
tētia sublimior: vel sapiētia mirabilior: v^l mi
sericordia iocūdior. Certe vides vt arbitroz
vnd tibi illa tanta auri copia: quā tibi supius
pmisi: quō videlicet ex multa cōsideratiōe z
agnitiōe spūs tui sbleueris ad agnitiōē z cō
templationē spūs angelici: z spūs diuini.

**De triplici distinctiōe quarte spe
culationis. Capitulū. XI.**

Ed qz iā p expositionē tetigim⁹ vñd
 f in tale ac tm̄ opus auro abūdemus:
 videam⁹ qd dñs de ppitiatorij nostri
 lōgitudine vel latitudine p̄cipiat: vñ cur de ei⁹
 altitudine oīno taceat. Si rerū naturā cōsuli
 mus in ip̄is p̄fecto corpib⁹ discere poterim⁹
 quō pedē inuestigatiōis in spiritales theoriz
 as ponere debeamus. Videm⁹ sane in rebus
 exteriorib⁹ qd oīs corpea crassitudo a longitu
 dine incipit: ex latitudine crescit: z in altitudi
 nē desinit. Longitudo itaqz ppitiatorij ni fal
 lor designat ea q̄ in spūali natura sunt ad in
 choationē. Latitudo vñ illa signat q̄ sunt ad
 p̄motionē. Altitudo aut̄ illa signat q̄ sunt ad
 p̄sumatōz. Scdm̄ hec itaqz tria q̄ dixim⁹: tri
 plicē in spūalib⁹ essentijis diuinorū donorū di
 stinctōez facim⁹: P̄rio spirital̄ creatura creat̄
 vt sit. Scdo iustificat̄ vt bona sit. Tertio gli
 ficat̄ vt beata sit. Per creatiōz itaqz ad bonū
 inītiat̄: Per iustificationē in bono dilatatur:
 Per glorificationē vñ in bono p̄sumat̄. Ho
 na creatiōis sūt ad inchoationē. Bona iusti
 ficatiōis ad p̄motionē. Bona aut̄ gli
 ficatiōis sūt ad p̄sumationē. P̄ria bona sūt creati
 onis dona: Scda bona sūt creatoris dona et
 creature merita. Tertia bona sunt creatoris
 dona z creature p̄mia: scz p̄sumatio bonorū z

Richardus de arca mystica

retributio meritorum. Prima itaque bona pertinent ad longitudinem: Secunda ad latitudinem: Ultima vero ad altitudinem. Nam in primis bonis ut dictum est: rationalis creatura ad futuram plenitudinis perfectionem incipit: Ex secundis bonis proficit et crescit atque dilatatur. In ultimis autem bonis sublimatur ad gloriam: et in gloria consummatur.

De subdistingtione primi gradus huius contemplationis. Ca. XII.

Ideamque primo de purgatorio nostri
v longitudine: quam iubemur in duos cubitos et dimidium extendere. Quotiens itaque creationis nostre bona illa spiritualia que superius assignauimus: corde versamus: diligenter inuestigamus: conuenienter distinguimus: sufficienter discutimus: toties purgatorii nostri opus in longitudinem producimus: et ad certam mensuram extendimus. In hac itaque fabricandi purgatorii production: triplex nobis occurrit diuinarum donationum distinctio: circa quam solum vel maxime versari debet nostre considerationis frequens diligensque retractatio. Ex ipsa creationis sue conditione naturale est omni rationali creature: esse: scire et velle. Cogita itaque quod necessarium: quod iustum et diuine bonitati quod congruum: tam digne creature: tam excellenti nature: boni ac mali discretionem dare: simul et arbitrii proprii libertatem concedere: ut esset bonum

Liber III Ca. XII. XIII

num eius tam acceptū: q̄ voluntariū: tā gra-
 tum q̄ gratuitū. Quotiēs in hmōi discussiōe
 desudas: tūc in ppitiatorij tui pductiōe labo-
 ras. Scrutare: cōtemplare: mirare arbitrij li-
 bertatē: iudicij discretionē: essentie sublimita-
 tem: z ppitiatorij tuū cū hoc facis fm cōgru-
 entia ordinis z modū quātitatē in longū p-
 ducis. **D**iro: si p teipm nō aduertis q̄ sit vti-
 lis: q̄ve necessaria hoz omniū assidua consi-
 deratio. **E**x hoc em̄ mens tua quotidie illumi-
 nat: inflāmat z solidat in omni bono.

Quō in primo cōtemplatiōis gra-
 du mens exercere se debeat: vel quā-
 tū hmōi exercitatio valeat. **Ca. XIII.**

Cogita ḡ frequēter: cōsidera vehemē-
 ter: inuestiga diligēter voluntatē non
 solū tuā: sed alienā seu bonam seu ma-
 lā. **C**ognosce tuā: vt scias quid corrigere seu
 etiā vnde debeas deo gratias agere. **C**ogita
 etiam animos pfectoz: nec non z puersoz: et
 aios spirituū bonoz: z spirituū malignoz: vt
 ex contrariorū consideratione elucescat quid
 imitari vel vitare te expediat. **A**ttende quid
 scias: attende quantū nescias: **A**gnosce quā-
 tum emineas per ingeniu z spiritibus brutis:
Agnosce quātū sbiaceas p̄ intellectū spiritib⁹

Richardus de arca mystica

angelicis. Si attēdas quātum pcedas sensu
sp̄m brutū cātabis p̄cordialit: B̄ndicā dñm
q̄ mihi tribuit intellectū. Si cogites intelligē
tiā angelicā clamabis p̄fecto: De^o tu scis in
sipiētīā meā. Discutere ḡ ignorātīā meā vtile
valde z p̄ necessariū mihi ē vt sciā qd desit mī:
z cū beato iob dicere possis: Si qd ignorauī:
ignorātīa mea mecū est. Sed q̄tiēs in memet
ip̄so attendo quō vel q̄ sepe incerta z occul
ta sap̄ie sue manifestauit mihi: p̄fecto magni
ficat aīa mea dñm: q̄ erudit nos sup scientias
volucy z iumētōy: eo q̄ ip̄e sit q̄ illuminat om
nē hoiem veniētē in hūc mūdū. Vides certe
quāta sit vtilitas h^o gemie p̄sideratiōis attē
dere: videlicz affectū rōnalis volūtāt: seu etiā
sensū rōnis. Sed de tertiā assignatay p̄sidera
tionū qd dicā: in q̄ admirādo p̄tēplamur: z cō
tēplando mirām aīe essentiā: essentie naturā:
nature excellētīā: Facile vt arbitroz pōt vnū
quēqz p̄p̄a exp̄ientia docere quātū valeat h̄
speculatio animū vl̄ ḡ vitiū erigere: vl̄ ad bo
nū animare. Coḡsce hō q̄so dignitatē tuā: coḡ
gita excellentē illā aīe tue naturā: quō fecerit
eā deus ad imaginē z similitudinē suaz: quō sub
limauerit eam sup omnē creaturā corporeā: z
statī mirari icipies: quō indyta v̄go filia syon
p̄iecta sit de celo in terrā: z p̄iter cū p̄p̄ha dño

clamare incipies: Quid m̄ ē i celo: ⁊ a te qđ vo-
 luit sup terrā: Quid mirū q̄so si in recordatiōe
 pditiōis mee: si ad aspectū anime mee sbito ⁊
 absq; mora cōfusio faciei mee cooperuit me:
 Quē em̄ nō pudeat ciuē celi: dominā mundi:
 dilectā dei addixisse seruituti corpis: p̄stitu-
 isse spiritibus imundis: diu tenuisse sub iugo
 seruitutē ad faciendā carnis curā i desiderijs:
 Mirabit̄ sane quisq; cū aie sue dignitatē co-
 gitauerit: cū bñ attēderit qđ sit: vel esse debu-
 erit: vñ vel quo p̄iecta sit. Mirabit̄ inq; quō
 facta sit q̄si vidua dñā gentiū: p̄nceps puinci-
 arū facta sit sub tributo. Ad hanc vt arbitroz
 cōsiderationē reuocare nos voluit qui dixit:
 Quid est isrl̄ qđ in terra inimicoꝝ es: inuetera-
 sti in terra aliena: coinquinatus es cū mortuis:
 deputatus cū his qui in inferno sunt. In hac
 itaq; triplici cōsideratiōe debem⁹ vt iam dixi-
 mus p̄pitiatōrij nostri longitudinē p̄sumare.

**Designatio eoz que in hoc specu-
 lationis gradu comprehēdi nō pos-
 sunt. Capitulū. XIII.**

Ed in p̄ma ⁊ secūda p̄sideratiōe scien-
 tia tuā vsq; ad cubitū extendere po-
 teris: nā in tertia oīno nō poterit. Vbi em̄ ad
 id qđ sciri oportet instrumētū idoneū habes

Richardus de arca mystica

ibi pculdubio q̄si vice certitudinis cubitum tenes: eo q̄ cognoscēdo rei noticiā p̄ expimentū capere valeas. Quasi em̄ ad plenū cubitū sciētia tua excrescit: cū ad certitudinis firmitatē p̄ expimentū attingit. Sed quē queso nō doceat ppria expientia: quid sit velle: v̄l quid sit scire? Nōne legit hoc vnusquisq̄ quotiēs voluerit in pprio corde? Nūquid nā ignoras q̄ infinita velis: et q̄ infinita nolis: q̄ innumere scias: et q̄ innumera nescias? Sed nūquid quō vides volūtatē tuā: quō nosti cogitationē tuā: potes eque videre vel noscere aīe tue substantiā? Quis inq̄ in hac adhuc carne positus animā suā vel quālibet spiritalē substantiam: in sua puritate vidit vel videre potuit? Proculdubio in hac pte hūanus intellectus cec⁹ est a natiuitate: et necesse h̄z q̄tidie clamare dño: Illumina oculos meos. Profecto si quis que hmōi sunt in hac corruptibili carne videre potuit p̄ mētis excessum: supra semetip̄m fuit duct⁹: et in eo qd̄ vidit: intellect⁹ humani corpis metas: nō ppria industria: sed ex reuelatione diuina trāscendit. Sed quicqd̄ in hunc modū hūana expientia potuit attingere: cōstat nimirū illud nō ad hoc: sed ad aliud cōtemplatiōis gen⁹ ptinere. Quātūcunq̄ ḡ in hac cōsideratōne ingenū tuū exercueris:

Liber III Ca. XV.

quātūcūq; studiū tuū corinuaueris: ⁊ quātūcūq; in hac pte sensū tuū dilataueris: scientiā tuā ad plenū cubitū extēdere nō poteris.

Q nec illa negligere debem⁹ que nō nisi ex pte cōprehēdim⁹. **Ca. XV.**

Alta tñ sunt minimeq; spernēda que
m de spiritualis essentie possum⁹ pprieta
te: vel ex diuinaz scripturaz auctori
tate colligere: vel religionis attestatiōe pba
re. **S**tudeam⁹ ḡ scire quō vl' quātūcūq; pos
sum⁹: quīs ad expientie cubitū nos extēdere
nō possum⁹: **B**odicū quidē sed multū est qđ
in hac cōsideratiōe sciri pōt. **B**odicū sane ē
ad plenitudinē: s̄ multū p omnē modū est ad
utilitatē. **N**oli ḡ negligere qđ potes de h̄ cu
bito h̄re: quīs ipsum minime possis explere.
Et em̄ de ceteris taceam q̄ p̄tinere vident̄ ad
speculationē istā: quātū putas detrimētū in
curris: si aīe imortalitatē nescis: vel oīno non
credis: **S**i em̄ de aīe imortalitate nō constet:
qs̄ q̄so ad futurā retributionē p̄perat: **Q**uis
obsecro vitam suam restringat: ne post cōcu
piscencias suas eat: **E**t quis de p̄petratis ma
lis deo satisfaciat: **Q**uis se ad fortia opa ac
cingat: **Q**uis inter tot dñozū malozū flagel
la: taz acerbam patientiā habeat: si de futura

Richardus de arca mystica.

vita penitus diffidat: Totū qđ de redēptio-
ne humani generis asserit: totū qđ de diuinis
sacramētis credit: quicquid de diuinis institu-
tiōibus p̄cipit: quicquid de diuinis p̄missioni-
bus expectat: penitus destruitur si de aīe per-
petuitate et immortalitate despat. Si in hac vi-
ta tm̄ i xp̄o sperātes sum⁹ / miserabiliores oī-
pitur cū dicit: Cherub vn^o sit in latere vno: et alter in altero. Statuendū itaq; sunt ex vtraq; parte oraculi tegentes vtrūq; latus ppitiatorij. Idem autē intelligim^o per oraculū qd̄ p ppitiatorij. Queram^o ḡ que sint ista duo ppitiatorij nri latera: vt cōsequēter inueniam^o quō vnus ex cherubin stare debeat ex parte vna: et alter ex altera: sicut suplus iā satis ostēdim^o: p ppitiatorij illud ptemplatiōis gen^o intelligim^o qd̄ habet de spiritib^o rōnabilibus. Cre-
dimus autē rōnalez creaturā: tam angelicā q̄ hūanā: ad imaginē et similitudinē dei creatā. Et de homie quidē scriptū est: Creauit deus hoīem ad imaginē et similitudinē suā: Ad imaginē dei creauit illū. Et p angelica natura dictū
putam^o qd̄ a^o legim^o: Tu signaculū similitudinis: plen^o sapiētia et pfect^o decore in deli-
tijs paradisi dei fuisti. Ecce q̄ apte angelica nā signaculū similitudinis dicta sit: etiā p ea pte q̄ in veritate nō stetit. Propheta tñ dauid manifeste pclamat et dicit: Non ē similis tui in dijs dñe: Et Esaias apte denūciat: Qm̄ om̄s gentes q̄si nō sint: sic sunt corā eo: et q̄si nihilum et inane reputati sunt. Quō ergo q̄si nihilū et inane si diuinū habet aliqd̄ simile: An forte qd̄ vn^o dicit alius cōtradicit: Absit. Nā ecce apud dauid lego: Deus quis similis erit tibi.

Seditex apud eundē inuenio: Signatū est
 sup nos lumē vult⁹ tui dñe. Quid igit aliō ex
 tā diuersis sentētijis colligim⁹: nisi q⁹ veracit⁹
 z absq⁹ dubio auctori nro ex aliquo siles z ex
 aliq⁹ dissimiles existim⁹: Vide quomō ī mul-
 tis homo ei dissimilis non est: de quo veracit⁹
 scriptū est: Qm̄ vniuersa vanitas ois hō vi-
 uens: Ecce quō dissimilis: Verūtū in imagi-
 ne ptrāsit hō: Ecce quō similis: Quid em̄ est
 homo vt possit sequi regē factorē suuz: Sed
 nec angel⁹ vtiq⁹ in celo illā creatoris sui simi-
 litudinē pfecte emulat. Quis similis tui ī for-
 tibus dñe: q⁹s filis tui magnific⁹ in sanctitate
 terribilis atq⁹ laudabilis z faciens mirabilia:
 Vide ḡ ne forte illa in qb⁹ siles sum⁹ ei ptine-
 ant ad latus vnū: z illa in quib⁹ dissimiles su-
 mus ptineant eā ad latus alterū. Dicat itaq⁹
 ppitiatorij nri si placet latus vnū diuina in rō-
 nabilibus substātijis similitudo: dicat z alter
 in eisdēz essentijis diuinitatis sūme multiplex
 dissilitudo. Videam⁹ ḡ quō vn⁹ de cherubin
 stet ī vno: z alter in altero latere: v⁹ q⁹s in quo
 debeat stare. Supius iaz dixim⁹ q⁹ ad vnum
 cherubin ptineat cōtemplatio eorū que sunt
 supra rōnem: nō tū pter rōnem: ad alterū autē
 pteplatio eorū q̄ sunt supra rōnem z vident eē
 pter rōnem. Cōstat autē q⁹ illa p⁹ dicta diffi-

Richardus de arca mystica

cilioꝝ: reliqua multo sit facilioꝝ: ⁊ idcirco i vſu
nꝛo debet ⁊ solet eſſe pꝛioꝝ. Alia ꝛo quāto eſt
difficilioꝝ: tanto vtiqꝝ dꝛ eē poſterior. Pꝛioꝝ
itaqꝝ dicaꝝ cherub pꝛimꝰ: ſecūda ꝛo hꝛ cō-
templationū dicaꝝ cherub ſecūdꝰ. Quiuſmo-
di igiꝝ cherub ſtare debet in latere vno: ⁊ alter
in altero. Ab vno ſane latere cherub ſtare vi-
detur: qñ in hiſ cōtemplationiſ radijſ figi-
tur: ad que inueſtigāda vel cōfirmāda qua-
liſcūqꝝ ſimilitudinſ adaptatio facile accōmo-
daꝝ. Quasi ab altero latere cherub ſtat: qñ ad
illa cōtemplāda hūana intelligētia ſe eleuat:
ad q̄ nulla ſilitudinſ adumbratio ſe plene co-
aptat. Ad vnū nāqꝝ latus: vt dictū eſt: pꝛinet
cōſideratio ſilitudinſ: quēadmodū ad alterꝝ
cōſideratio diſſimilitudinſ. Cōſtat autē illa
faciliꝰ comprehendī poſſe ⁊ viciniōꝝa magiſ qꝝ
ꝓpꝛinqua atqꝝ cōſentanea eſſe ratiōi: que ſe ſi-
nūt ad aliquā ſimilitudinē applicari. Maꝝ ce-
tera quideꝝ tanto ab hūana rōne longiꝰ rece-
dunt: quāto cuiuſlibet adiūcte ſimilitudinſ
rōnem trāſcendūt. Pꝛimꝰ itaqꝝ cherub ſtat i
latere ſimilitudinſ: ſecūduſ autē in latere diſ-
ſimilitudinſ: vt ea que ꝓpter rōnem non ſunt et
aliquā ſimilitudinē admittunt: ſimilitudinſ
latus quaſi e vicino tangant: eiꝝqꝝ ꝓ cōſidera-
tionē inhereāt. Similiter ⁊ illa q̄ ꝓpter rōnem
vel ꝓtra rōnem eſſe videntē omnēqꝝ adhibite

similitudinē proprietatē supgrediunt: dissimilitudi-
 nis lat⁹ q̄si iuxta se habeāt ip̄m̄q; e vicino re-
 spiciāt: Si autē qd̄ dī latus vnū ⁊ alterū: vnū
 ad dexterā: alterū ad sinistrā q̄s referre velit:
 profecto h⁹ cōsiderationis similitudo in eandē
 sententiā nos p̄ducit. Dextera nāq; nr̄a op̄adi-
 gr̄a sepi⁹ solet p̄ferri: ⁊ idcirco p̄stat eā frequē-
 tius videri. Sinistra x̄o sepius q̄ dextera sub
 vestimētis tegit: ⁊ eo ip̄so utiq; tardi⁹ videt̄.
 Recte ḡ p̄ sinistrā occultiora sicut p̄ dextrā cō-
 grue satis designant manifestiora. Prim⁹ ita-
 q; cherub q̄si a dextris assistit: qz in ea q̄ rōni
 oīno nō sunt aliena: oculū p̄tēplatoīs infigit.
 Secūduḡ autē cherub q̄si a sinistris affigit:
 qz illa sola maxime p̄tēplā: q̄bus oīs hūana
 ratio cōtraire videt̄.

Quō per hec duo cōtemplationū
 genera tempa cuiq; amor ⁊ approba-
 tio sui. Capitulū. IX.

Utrū est autē p̄ oēm modū q̄ hec duo
 m p̄tēplatoīs genera nos vel p̄ mala ro-
 borāt: v̄l ad virtutē adiuuāt. Vñ ē qd̄
 de eisdeḡ addit cū subiūgit: Utrū lat⁹ p̄p̄tia-
 torū tegant: expandētes alas suas ⁊ operien-
 tes oraculū. Vñ autē aliquid tegimus: duob⁹
 modis id facere solemus: Nam modo in abs-
 consionem; modo in protectionem. Et sepe

Richardus de arca mystica

cum aliqđ nobis vmbzraculū p̄tra solē suppo-
nūmus: eius nobis tā calorē q̄ claritatē tem-
peram⁹. Si ḡ in hec duo p̄tationū gene-
ra gratiā diuinit⁹ accipim⁹: si s̄m acceptā gra-
tiā eis diligētius insistim⁹: credo qđ ⁊ ip̄a nob̄
erūt in vmbzraculū diei ab estu: ⁊ in securitatē
⁊ in abscoſionē a turbine ⁊ a pluuiā. Utinam
cū tanto studio ⁊ desiderio in eoz aspectū ra-
peremur: ⁊ in eoz admiratiōe cū tanta animi
alienatiōe sup̄ nosmetip̄os duceremur: vt in-
terim mens n̄ra seip̄am nesciret dū in eiusmodi
cherubin aspectū suspēsa stuperet: int̄m vt
cū ap̄lo dicere auderet: Siue in corpe siue ex-
tra corpus nescio: deus scit. Vide qđ p̄funde
sub dictoz cherubin alis lateat qui seip̄m in-
terim ignorat. Sed si nō pōt alaz hec adum-
bratio mēris respectū in eiusmodi excessū ab-
alienare: debet tñ qđ ⁊ sp̄ solet aureū illū p̄piti-
atorij fulgorē obnubilare: ⁊ n̄ris aspectib⁹ tē-
pare. Propitiatorij n̄ri fulgor absq̄ dubio su-
pducta adumbratiōe obnubilat: qñ quicqđ ī
nobis lucere videt: maioris ⁊ supeminētioris
claritatē cōpatiōe despiciet. Propitiatorij no-
stri claritas dignitatē quidē designat spirital̄
nature: supposita aut̄ alarū expāsiō celsitu di-
nem diuine supeminētie. Quid ergo mirum
si hui⁹ obumbratiōe p̄pitiatorij nostri vtrūq̄

latus obducit: Nam quicquid diuinis simile:
 vel diuinis dissimile in nobis cernit: diuinorum
 uti iam dictum est compatiōe fuscat. Solet autē
 ut diximus obnubilatio non solum claritatē:
 verū etiā calorem temperare: et utrumque tolera-
 biles reddere. Et fit sepe quod oēs nouimus: ut in
 nostra erga nosmetipsos estimatione vel de-
 sectione modum tenere nesciamus: sed ex diui-
 narum utique rerum assidua cōtemplatione: pfun-
 daque admiratōne in nobis agitur ut utriusque
 ymbre nimietas et supfluitas dep̄mat. Nullū
 oīno: nullū inquam omnium rationabiliū spirituum
 credo priuatū illū pprie excellētie amorē vel
 opinionem ad verā et legitimā equitatis men-
 surā posse restringere: nisi qui nouit seipsus ve-
 raciter in eorum que diximus compatiōe de-
 spicere. Recte ergo dicti cherubin utrumque p-
 pitiatōrii nostri latus tegere dicunt: quia in no-
 bis nihil oīno reperitur quod summis et diuinis
 non sit vel pegrinū in qualitate vel incōpabile ex
 quantitate. Et non quod quemadmodum arca ppitiatō-
 rio tegit: sic et ipsum ppitiatōriū dictarum alarum
 expāsiōe tegi iubet. Absque dubio sicut ex cō-
 templatione spiritalis creature eiusque eminē-
 tie obducit amor et approbatio mundi: sic ex cō-
 templatiōe creatricis essentie: eiusque supemi-
 nentie temp̄at apud unumquemque amor et appro-

Richardus de arca mystica

batio sui.

Cum quanta animi auuiditate debeant vel soleant spūales viri his nouissimis cōtemplationū generibus inhiare. Capitulū. X.

Ed tūc pculdubio designati cherubi
f .ppitiatorij latera sufficiēter tegunt: sū
alas suas sufficiēter ⁊ indefinēter ex
pandūt. Quid ē alas suas p̄tinua expansione
distēdere: nisi omni in loco: omi in tpe diuine
p̄tēplationi inhiare: ⁊ eiusmodi studio vel de
siderio vbiq; insistere? Lerte aues cū volare
volūt alas suas expandūt. Sic sane debem⁹
⁊ nos cordis nr̄i alas p̄ desideriiū extēdere: et
diuine reuelatiōis horā sub omi hora: imo sū
omni momēto expectare: vt quacūq; hora di
uine inspiratiōis aura mētis nr̄e nebulā deter
ferit: veri⁹q; solis radios amota oīs caliginis
nube detexerit: excussis statim p̄tēplatiōis sue
alīs mēs se ad alta eleuet ⁊ auolet: ⁊ fixis ob
tutibus in illud eternitatis lumē qđ desupra
diat: in aq̄le volāntis impetu oīa mūdane vo
lubilitatis nubila trāsuolet atq; trāscēdat. Il
lū sane dixerim hoc dñicū p̄ceptū vel docu
mentū implere: ⁊ q̄si expāsis alīs erectū stare

q̄ post acceptā gr̄az in h̄ nouissima p̄tēplatio-
 nū genera sp̄ studet se q̄ntū ī ip̄o est ad hm̄oi
 volatū p̄mptū z patū exhibere: z cū tempus
 b̄n̄placiti diuini aduenerit z aura spirātis gr̄e
 afflauerit: idoneus possit inueniri q̄ ad illd̄ di-
 uinorū secretorūz spectaculū debeat admitti.
 Debem⁹ autē non solū ad hoc qd̄ in hac vita
 h̄re possum⁹: verū etiā ad diuine p̄tēplatiōis
 spectaculū qd̄ in futura vita speram⁹ aīos no-
 stros suspēdere: z in eiusmodi expectatiōe ve-
 hemētī desiderio anhelare. Ad hoc siquidem
 nobis dat̄ huiusmodi gr̄a: ad hoc inquā in-
 fundit̄ eternoz intelligētia: vt sciam⁹ qd̄ inde-
 fesse debeam⁹ p̄ studiū q̄rere v̄l p̄ p̄tinuū desi-
 deriū suspirare: Alioqn̄ frustra in nob̄ diuine
 cognitiōis abūdātia cresceret: nisi diuine ī nob̄
 dilectiōis flāmā aufereret. Debz itaqz ī nob̄
 crescere sp̄ z ex cognitiōe dilectio: z nihilomi-
 nus ex dilectiōe cognitiō: z mutuis incremē-
 tis mutua incremēta m̄strare: debēt z alter-
 nis augmentis alterna augmenta accrescere.
 Debet ergo anima p̄fecta z assidue summorū
 cōtēplatiōi dedita: omni hora p̄grinatiōis
 sue terminū ergastuliqz hui⁹ egressū cū sum-
 mo desiderio expectare: quo id qd̄ interim vī-
 det per speculum z in enigmate: mereat̄ facie
 ad faciem videre. Hinc est qd̄ abraam in ostio

Richardus de arca mystica.

tabernaculi sui sedebat: Hinc est q̄ helias in spelūce sue ostio stabat. Uterq̄ ad egressū patius: z uterq̄ in domini aduentuz suspensus. Unū utiq̄ uterq̄ prestolabatur: vnus ī spelunca: sed alter in tabernaculo: uterq̄ tamē ī ostio: sed vnus stando: z alter sedendo. Aīaduertis vt arbitroz: quia vite hui⁹ molestiam vnus militiam: alter vero miseriam reputat: et eandem temporis peregrinationē hic carcerem: ille expeditionē iudicat. Sunt qui se ipsos quasi in spelunca vident: z carnem suaz p̄ ergastulo habent: dum vite huius molestiam moleste sustinēt. Alij de corpore suo quasi tabernaculum faciunt: z ad domini militiā se accingunt: z patienter tolerant q̄ viuūt: vt domini lucris deseruiāt. Alius itaq̄ impatienter: alius patienter viuūt: dum vn⁹ sibi metuit: alter dominicis lucris intendit. Alius ḡ stans multūq̄ laborans: z alius sedens laborēq̄ pene non sentiēs penitusq̄ nō reputās: dominicum aduentuz p̄stolabat: z tñ uterq̄ ī ostio z q̄si ī ip̄o exitu inuenit. Et igit̄ de his interim taceam⁹ q̄ libenter viuunt: z in tabernaculi nō dicā palatij sui intimis delectabiliter iacentes requiescunt: uterq̄ illoz aduentum dñi meruit: z is qui in ostio sedens militieq̄ sue molestiaz patienter sustinēs: ad dñi

occurfus; suspēsus anhelabat: et ille qui ī ostio stans visitationisq; sue horā p̄stolās sub expectatiōis sue desiderio pene impatiēter laborabat. Vultis audire q̄ inuīte viuebat q̄ in spelūce sue ostio stabat: Vñ et dicebat: Obsecro dñe: tolle a me aīaz meā: neq; em̄ melior sū q̄ patres mei. Quid aut̄ q̄so ē q̄ vultū suū operuit qñ dñm trāseuntem habuit: qui in idip̄m sic suspēsus stetit: An forte sub dñica p̄ntia ī p̄fectū suum p̄fectius agnouit: et īmpfectionē suā videre erubuit: Videre tñ voluisti q̄ videre timuisti. O q̄ multi sunt q̄ iam se patos esse credūt: et tñ sub ip̄o visitatiōis sue articulo illic trepidāt timore vbi antea nō erat timor: et exitū quē p̄us anxie requirebāt: iaz eum fieri formidant.

Quō post multā desiderij sui fatigationē: aliij soleant aliij nō soleant ex visitante se gratia supra semetipsos leuari. Capitulū. XI.

Ece qui stando p̄stolat: nō ostiū exisse: nec dño occurrisse legit: de spelūca tñ s̄ velata facie p̄sperit: vocēq; trāseuntis in trāsitu audiuit: et q̄ iā ad requiē suspīrauerat qd̄ adhuc eñ facere oporteret ex dei reuelatiōe cognouit. Alius aut̄ ad aduen-

Richardus de arca mystica.

tū dñi de tabernaculo p̄siliuit: et reuelata fa-
cie aduenienti dño occurrit: illum introducit:
pascit: et pro desiderij voto dominicā promissi-
onem accepit: Progredientē p̄sequit: et cum
stante morat: dñm sabaoth q̄stionib⁹ pulsat:
futurozūq; p̄scientiā accipiēs in illud diuino-
rū iudicio p̄ secretariū intrat. Quid autē est de
habitu suo ī dñi transitū attēdere: nisi ex
his q̄ circa se diuinit⁹ gerunt: diuine disposi-
tionis moderamine: cooperationisq; eius gra-
tiā subtiliter intelligere: Dū em̄ spiritū vehe-
mentē cōmotio: cōmotionē ignis: ignē sibil⁹
aure leuis sequit: trāseuntis dñi p̄ntia cōpre-
hendit: qz dum mens magnis mirisq; quibus
dā p̄turbatiōib⁹ sbito sepe sentit se totā p̄cuti:
et mō nimio timore dexici: mō nimio dolore
excoqui: vel pudore cōfundi: et iterū p̄ter spē
et estimationē ad magnā animi trāquillitatem
seu etiā securitatē cōponi: velit nolit visitatis
gr̄e opationē p̄pendit: et diuinit⁹ h̄ actitari in
se luce clar⁹ agnoscit. Deū autē p̄sentē sic q̄si
trāseuntē habem⁹: dū lumis illi⁹ p̄tēplationi
diuinit⁹ inherere necduz sufficim⁹. Admonētis
autē dñi seu etiā instruētis vocē audire: est que
sit volūtas ei⁹ bona: bñplacēs et p̄fecta ex ei⁹
inspiratiōe cognoscere. Sed ille q̄si de taber-
naculo in aduenientis dñi occursum p̄gredit:

egressus autē q̄si faciē ad faciē illū intuet̄: quī
 p̄ mentis excessum extra semetipsum ductus
 sūme sapiētie lumē sine aliquo inuoluto figu-
 rar̄ adumbzatiōe: deniq; nō p̄ speculū z i eni-
 gmate: sed i simplici vt sic dicā veritate cōtē-
 plat̄. Exterius visum introsum trahit: q̄n id
 qd̄ p̄ excessum vidit: multa retractatiōe: vehe-
 mētīq; discussione capabile seu etiā cōprehē-
 sibile sibi efficit: z tā rōnū attestatiōe: q̄ silitu-
 dinū adaptatiōe ad cōmunē intelligentiā de-
 ducit. Tunc hō mactat̄ vnde dñs pascat̄: q̄n
 mens hoīs his p̄motionis gradib⁹ roburo-
 ta: aliqd̄ de pprie volūtatis bñplacito abscidit
 qd̄ p̄us libent̄ fouit atq; custodiuit: q̄n id de p̄-
 prijs studijs vel nisib⁹ amputat vnde diuine
 p̄templatiōi p̄fectius inherere vel diuine p̄-
 p̄tiationi se altius placere sperat. Dominū
 pascim⁹: q̄n virtutū n̄az victimis ampliatoq;
 acrioris vite p̄posito charitatis ei⁹ i nos beni-
 uolentiā nutrim⁹ z augescim⁹. Ecce inq̄t dñs:
 Ego pulso ad ostiū: si q̄s aperuerit mihi in-
 trabo ad ipsum z cenabo cum illo. Cum do-
 mino sane apud nosmetipsos comedim⁹: q̄n
 id eius obsequio libenter impēdimus: totum
 quod facere possumus illud facimus: et ex eo
 eius beneplacito deseruimus: vñ illi⁹ in nos

Richardus de arca mystica

beniuolentiā puocam⁹: vñ in nostrā in ipm fi
duciā augeam⁹: Et hac fiducia accumulatiōe
agit: vt ad diu cupitā multūq; desideratā gra
tiā mens p̄ter spem ⁊ supra estimationē subi
to animef. Egradientē x̄o dñm p̄sequimur
qñ p̄cepte diuinit⁹ intelligētie diligēter insistē
tes: p̄ id qđ d̄ cognita veritatis luce miramur:
ad altiora cōtemplanda leuamur supra nos
metipos: ⁊ reuelātis gr̄e vestigijs inherētes
p̄euntē dñm comitamur. Post egressum autē
cū stāte dño stare ē i illo celsitudinis statu re
uelate luci p̄ p̄tēplationē diuti⁹ inherere. Stā
ti dño assistit q̄ totū hūane mutabilitatis lu
bricū ambiguitatisq; incertū alta mētis sub
leuatiōe trāscendit: ⁊ in illo eternitatis lumie
defixus inspecte imaginis in se similitudinē tra
hit. Nos inq̄t ap̄lus oēs reuelata facie gliaz
dñi speculātes in eandē imaginē trāformam̄
a claritate in claritatē tanq; a dñi spū. In hac
mētis subleuatiōe hūana aīa sepe diuinorū iu
diciozū abyssum ingredit: ⁊ ad futurozū etiaz
vt iam dictū est p̄scientiā erudit.

Qz ea q̄ p̄ excessū mētis solēt videri
alia possunt: alia oīno non p̄nt ad cō
munē intelligentiā inclinari. Ca. XII.

Standū itaq; q; mō extra positi vi-
 sum dñm introfū trahim⁹: z mō int⁹
 positi cū exeunte dño eximus. Nam
 hoc qd̄ de dñi claritate p̄ mētis excessū cogno-
 scit: qñq; etiā postmodū a sobria mēte cōphē-
 dit: z sepe ex eo q; apud nosmetīpos sobriū ri-
 mamur p̄ admiratiōis magnitudie ī mētē ali-
 enationē abducim⁹. Itē z illd̄ notādū q; extra
 positi: vīsum dñm mō introducimus: mō nō
 introducimus. Nā z abraā ad secūdā egressi-
 onē reduxisse dñm nō legit. Quedā nāq; eius
 modi sunt q̄ humanā intelligentiā excedūt: et
 hūana rōne inuestigari nō possūt: z tñ vti su-
 perius iā dictū est p̄ter rōnem nō sunt. Cum
 igit̄ eiusmodi q̄libet p̄ mētis excessū discim⁹:
 cognitā exterius vīsiōnē q̄si nobiscū reporta-
 m⁹: si cōsona rōni eai⁹ postmodū dephēdi-
 mus q̄ p̄us p̄ reuelationē didicim⁹. Sed illa
 q̄ z supra rōnem z p̄ter rōnem esse vident: qñ
 p̄ reuelationē z q̄si in extasi discunt: qz eorūz
 rōnez ad nos postmodū reuerſi nulla hūana
 estimatiōe cōprehēdere vel assignare suffici-
 mus: cognitā vīsiōnē tūc q̄si extrinsec⁹ relin-
 quim⁹: cui⁹ tñmō velut memoriā quādā reti-
 nemus. Quid em̄ ait scriptura: Abijt dñs in-
 quit postq; cessauit loqui ad abraā: et ille re-
 uersus est in locū suūz. Dñs recedit: z abraā

Richardus de arca mystica.

reuertit: quoniam subtracta reuelationis gratia intellectualis sensus ad communem statum reuocatur. Ad primam itaque egressionem abraam illum quem vidit multa fatigatione ad se intrare compulit. Ad secundam autem egressionem et post diutinam visionem: longamque confabulationem oino non reduxit. Exterius visum dominum nobiscum introducimus: cum theophania: id est diuinam apparitionem raptim perceptam ad communem intelligentiam ratiocinando postmodum paululum inclinamus. Exterius visus dominus minime introducitur: quoniam theoretica reuelatio quanto magis iuxta humanam rationem discutitur: eo amplius omni humane opinioni aduersari videtur. In eiusmodi enim speculatione antequam animus ad consuetam redeat: dominus abit longiusque recedit: et incomprehensibilitatis sue magnitudinem ostendit sue visionis elongatione. Hec itaque duo rerum genera que in hac gemina visione ex diuina reuelatione cognoscuntur: ad predictos illos duos cherubim spectare videntur. Hec est sane illa et digna satis materia: vnde excudenda est angelica forma: penataque animalia. Ex hac nobis materia cherubin formamus: quoniam fidei nostre arcana: que vel ipsi per reuelationem didicimus: vel a theologis viris accepimus: assuescimus in contemplationem adducere: et in eorum admiratione animum nostrum suspendere:

pascerez habiliare: z ad diuinorū desiderium acriter inflāmare. Debem⁹ itaqz iuxta abrae z helie exemplū in ipso habitatiōis nre exitu z velut i ostio stantes dominicū aduentū expectare. Debem⁹ etiā iuxta diuinū documētum cherubin nrorū alas expandere: z in reuelantis gratie occursum rapidis passibus desideriorū festinare.

Quia omni hora anima sancta z cōtemplatiua ad gratie susceptionē debet esse parata. Ca. XIII.

¶ Emp debet aīa sancta et veri sponsi christi amica ad dilecti sui aduentum summo cū desiderio anhelare: parata semp adueniēti occurrere z pulsanti aperire. Debet itaqz sp in h sollicita eē z parata inueniri ne subito z inopināte adueniens sponsus minus comprā minusqz decoratam inueniat: vel diu exclusus diutine p̄stolatōis vllā molestiā sustineat. Molestia satis verba estuātiqz desiderio multū onerosa: Vanda remāda: expecta reexpecta: modicū ibi: modicū ibi. Verba sūt sane aīe pigre: aīe tepide: min⁹ circūspecte z nimis i grate. Quid em̄ dic̄ hmōi aīaz i suis

Richardus de arca mystica

fordibus inuenta: cum se dolet in opinato dilecti aduētum pueniri: et erubescit se min⁹ cōptam: minusq; ornatam inueniri: Certe inq̄t illa aduentū tuū scire debuissē ut te solenniter suscipere: et ea q̄ deberē alacritate tibi occurrere. De cetero q̄ aduentū tuū mihi p̄nuncia: et nūcio tuo p̄eunte aduētus tui horā p̄remāda. Nūcius itaq; p̄currat qui me qd̄ facere me velis edoceat. Nūcius inquā int̄ nos medius discurrat qui me de singulis instruat. Doceat me n̄ solū sup̄ statu meo: s̄ etiā de statu tuo: doceat quō apud te sit: vel quicqd̄ de me placuit: manda itaq; atq; remāda: nuncia atq; renūcia. Non decet amātes inutua studia: mutua desideria in alterutrū nescire: nec sufficit estuanti aīo: ardentiq; desiderio semel audire. Obsecro q̄ manda remāda: māda remāda. Forte multū amat: multū estuat: que sic instat: q̄ tam importune internūcia q̄ritat. Videamus q̄ quid faciat: Ecce iuxta verbum suū nūcijs sepe missis: sepe remissis: tandem aliquā nuncios suos subsequit̄ ut cupitis amplexibus p̄fruat̄ et inutua dilectiōe foueat̄. Ecce iam p̄ forib⁹ stat: ecce iam ad ostiū pulsant: ecce vox dilecti tui pulsant: ap̄i mihi soror mea: amica mea: colūba mea: inmaculata mea: qz caput meū plenū ē roze et cīcīni mei

guttis noctiū. Quid obsecro: quid inq̄ p̄fuit
 q̄ nūcios premisit q̄ ostiū clausum repit: Ad
 vocē hō dilecti cur saltē nō statim p̄silis: ape
 ris: introducis z in amplexus eius ruis: Ex
 poliaui me inq̄s tunica mea: quō induar illa:
 Laui pedes meos: quō inquinabo illos: Ex
 pectet tñ modicū si vult vt suscipiā illū. Pul
 sat z introitū postulat: z dicis expecta. Ecce
 expectat: Ecce iterū pulsat z dicis reexpecta.
 Et q̄d inquis est magnū: O quātū timeo ne
 istud modicū p̄trahas in longū: donec trāse
 at z declinet: z diu multū fatigatus discedat.
 Ostendit hoc illa vox tua z nimis sera q̄rela.
 Pessulū ostij mei aperui dilecto meo: at ille
 declinauerat atq̄ trāsierat. Sed ecce itez re
 diens priorisq̄ cōtemptus iniuriā non repu
 tās: stat post parietē: respiciēs per fenestras:
 p̄spiciēs p̄ cācellos. Audi vocantē q̄ nolūisti
 suscipe pulsantē. En dilect⁹ tuus loquit tibi:
 Surge p̄pera amica mea: columba mea: for
 mosa mea z veni. Cur nō statim exilis: occur
 ris: apprehendis z oscula iūngis: Quid adhuc
 dicis expecta: Ecce adhuc expectat: ecce ite
 rū vocat: Surge amica mea: speciosa mea z
 veni: in foramibus petre z in cauernis mace
 rie. Quid tu: Reexpecta adhuc modicū. O
 aīa ingrata: o viscera dura vsq̄quo fatigas

Richardus de arca mystica

dilectū tuum: Pulsat et ei nō vis aperire: vocat te et nō vis eum audire. Pulsat semel et iterum: et tu euz expectare et reexpectare iubes: modicū et modicū. Vocat semel: vocat et iterū: et tu nihilomin⁹ eū expectare et reexpectare cogis: modicū et modicū. Modicū in vno loco: et modicū in alio. Modicū ibi: et modicū ibi. Cogitur itaq; dilectus tuus facere sepe et multū: qđ tu dicis modicū et modicū. Nā modicū et modicū p̄trahis in longū et longū: et in hūc modū fraudas amicū tuū: et fatigas dilectum tuū. O quāto iustius: o quāto recti⁹ foret vt p̄ foribus obseruares: et cum abraā vel helia dilectoris tui aduentuz expectares: aduenienti occurreres et cū exultatiōe suscipes. Deberes sane sicuti dilecti tui colūba in foraminibus petre et in cauernis macerie suspensis alis colloq; p̄tenso foras p̄spicere: et amici vnici tui aduentū cum colūbino quodam cantu et gemitu querere et expectare. Sed forte adhuc nostri cherubin alas nō habemus: vel si habemus expansas necdum habem⁹. Nondum fortassis opus nostruz ad plenum formauimus: necdum formam illam angelicam ex integro iuxta dominicā sententiā consummauimus.

Liber III Ca. XIII.

Quis sit paucorum ad susceptionem gratie animam semper hunc paratum. Ca. XIII

Aceo de illis qui foris sunt: qui spiri-
 tualem dilectionem necdum scire pote-
 runt: qui domini mandata ex doctorum
 quotidie dictis vel scriptis audiunt: necdum
 acquiescunt: quotidie peccantes: quotidie pe-
 nitentie tempora dari sibi postulantes. Ex quibus
 dum verba vite quidem libenter audiunt:
 quid aliud per studium quam mandata remanda di-
 cunt: Et dum quotidie peccata peccatis accu-
 mulant: quid aliud quam expecta reexpecta per de-
 siderium clamant: Quotidie spacium penitentiae
 postulantes: et resipiscendi tempus quotidie
 proponentes: quotidie plangentes. Lente ad
 satisfaciendum desiderio suo: totum huius vite
 spacium carnali menti videtur permodicum. Et
 dum eiusmodi anima modo in uno vitio: modo
 in altero multa tempora expendit: totumque
 tamen velut momentaneum reputat: quod queso
 aliud in diuina patientie aure: quam modicum ibi: mo-
 dicum ibi resonat: Sed o his interit tacetes: quod de
 nobis obsecro dicturi sumus qui habitum re-
 ligionis suscepimus: qui spiritualibus exercitiis
 incipimus: qui diuine dilectionis assidue
 quasdam velut arras accipimus: Haxie tamen nos

Richardus de arca mystica

3 quid queso dicemus: qui nil aliud iniuncti officij habem⁹: nisi legere: psallere: orare: meditari: speculari: pteplari: vacare et videre q̄ sua uis ē dominus: Nūquid nā nō pudebit nos eadem dicere: et dilectū nostrū in huiusmodi verbis fatigare: **M**anda remanda: expecta reexpecta: modicum ibi: modicū ibi. **Q**uotidie ni falloꝝ vos qui lectioni vel meditationi aut orationi insistitis: et nuncios suscipitis: et mandata cognoscitis: quotiēs ex abditis scripturarū recessibus novos intellect⁹ eruitis: quid aliud q̄ quosdam dilecti nostri nūcios excipit⁹: **H**uic sane negotio subseruit omnis sacra lectio: et sagax meditatio. Alijs itaq̄ legentibus: et alijs meditantib⁹: diuinorū secretorum internūcij occurrunt: qui dilecti nostri mādata ad nos perferāt: et de singulis nos instruant. **E**t sepe fit ut in vna eadēq̄ scriptura dum multipliciter exponitur: multa nobis in vnū loquatur: **M**oraliter nos docens qd dilectus noster facere nos velit: **A**llegorice nos admonens: quid pro nobis semetipsum fecerit: **A**nagogice proponens: quid adhuc de nobis facere disponit. **I**n hunc itaq̄ modum sepe nobis mandat et remādat et quasi p vnū nūciū multa nobis denūciat. **S**epe nāq̄ vnū idēq̄ mandatū sub varijs enigmatib⁹ et figur

ris pponitur: vt mentib⁹ nostris altius imprí-
 mat: Et dū idē mult⁹ modis nob⁹ z multoties
 dī: qđ aliud q̄ idem sepe mandare z remāda-
 re videtur: Et q̄ multi sunt qui hmōi nūcios
 quotidie accipiunt: de pristino vero opere v⁹
 negligentia parum aut penit⁹ nihil corrigere
 volunt. Sciunt sane vnde possūt gloriari: nō
 autē edificari: scientiam quidē nō sactimonīā
 affectant: z non tam sancti q̄ scioli esse deside-
 rant videri. Quz ergo quotidianis nisib⁹ no-
 uos sensus novosq; intellectus q̄ritant: qđ ali-
 ud q̄ manda z remanda p affectum z studiūz
 clamitant: Hmōi nūcios quotidie excipim⁹:
 z alijs alijsq; sepe supuenientibus: alios alios
 q; adhuc quotidie importune exigimus: z in
 auribus domini sabaoth fortiter clamamus:
 māda remāda: māda remāda. Sz quātoma-
 gis copia dictōz nūcioz abūdat: tanto sane
 acerbi⁹ tantoq; molestius p̄ria nos p̄sciētia
 accusat z cruciat. Hinc fit sepe vt vitam n̄as
 corrigere disponamus: semper tamen differa-
 mus: z dum hoc fieri in futuro pponim⁹: fit
 vt illud futurū semp sit futuruz: imo fortassis
 nunq; futurū. Sepe aut aliqđ certū futuruz
 determinat quo corrigat vita n̄a: z dicat inte-
 rim dilecto n̄fo expecta: z tñ illud futurum in-
 psens nō x̄tit. Itē in aliđ futurū trāssert: z dī

Richardus de arca mystica.

dilecto reexpecta. Quia multi sepe proponunt fortiterque apud se statuunt: ut si ex alienis affectibus quibus interim implicantur: semel detur eis se posse explicare: nunquam amplius in eadem velle recidere: et interim modicum illud postulant expectari. Et cum eosdem forte affectus amiserint: potius quam abscederint: vehementer satagunt resarcire quod perdidit: et iterum adhuc modicum se volunt expectari et petunt reexpectari. Sane hoc totum dicunt: modicus et modicum. Quicquid namque non satiat desiderium quantumcumque sit affectatum: videtur paruum. Modicum itaque et modicum se petunt expectari et reexpectari quae eiusmodi sunt. Modicum ibi et modicum ibi: et modicum sepe sub affectu uno et altero: et tempore tamen uno. Et in his omnibus dilecto nostro cantamus canticum odiosum: expecta reexpecta: modicus ibi: modicus ibi. Quando putas homini anima pigra et tepida poterit ductile illud opus formare: et angelicam formam excudere: praesertim cum opus sit in hoc opere alarum expansione: urgente te in idipsum divina utique iussione: intus ut nunquam in homini studio liceat desideriorum nostrorum penas ab intentionis elevatione deponere.

Quia sit arduum vel difficile cuius aie

perfecte seip̄az ad semetip̄az totā colligere et in solo diuinitatis desiderio requiescere. **Capitulū. XV.**

Non dicā ānua: nō mēstrua v̄l diurna
 s̄ p̄modica ad modū morosa v̄l morula
 impatiēti desiderio satis ē molesta.
 Spes siquidē q̄ differē affligit aīm. **D**e-
 bet itaq; veri dilecti amica: et veri amici dile-
 cta: vt sup̄ iā dictū est: p̄mpta sp̄ et p̄ata eē et
 pulsantē amicū absq; vlla dilatiōis iniuria su-
 scipe et veniēti cū oī alacritate occurrere. **S**cī-
 mus aut̄ q̄ singularis amor p̄sortē nō recipit:
 sociū nō admittit. **V**ide ḡ ne tūc p̄mū incipi-
 as p̄strepētū turbas eijcere velle: cū iā ip̄e ce-
 pit ad ostiū tuū pulsare: alioq̄n qd̄ iā eris di-
 ctura cū apud te tūc t̄pis fuerit eiusmodi tur-
 ba inuēta: **Q**uid inq; eris dictura: nisi expe-
 cta: reexpecta: **E**xpectādū sane itēq; reexpe-
 ctandū ad eijciēdū turbā extraneoz: ad eijciē-
 dū familiā tuoz. **O**ēs em̄ cogitat̄ tā vani q̄
 noxij extranei iudicādi sūt: q̄ nllī n̄re vtilitati
 deseruiūt. **I**llos n̄o q̄si domesticos et familia-
 res habem̄ quos n̄ris vsibus vel vtilitatib; **i**-
 mplicam̄. **Q**m̄ n̄o singularis amor solitudi-
 nē amat: solitariū locū req̄rit: totā hm̄oi tur-
 bā: nec solūmō cogitationū: verū etiā affectio

Richardus de arca mystica

nū oportet eūcere vt dilecti nostri amplexib⁹
quāto liberius tanto iocūdius liceat inherere.
Quāta queso in eiusmodi expectatiōe mo-
ra: quotiēs fuerat repetēdū expecta: reexpe-
cta: modicū ibi: modicū ibi: Modicū in vno
loco: z modicū ī alio: modicū ī horto: z modi-
cū in vestibulo: modicūq; in thalamo: donec
tandē aliqñ post multā expectationem: z post
multā fatigationē cubiculum introeat: z inti-
mū atq; secretissimū locū obtineat. Modicū
ī horto dū tumultuantīū turba digerit. Mo-
dicū in vestibulo dum thalamus adornatur.
Modicū in thalamo dum lectul⁹ sternit: Et
cogit dilect⁹ oib⁹ his locis expectare modi-
cū: z modicū ibi: modicū ibi. Ex hortulo di-
lectus audit: in vestibulo videtur: in thalamo
deosculat z in cubiculo amplexat. Auditur p
memoriā: videt p itelligētā: deosculat p affe-
ctū: amplexat p applausus. Itē audit p recoz-
dationē: videt p admiratiōz: deosculat p dile-
ctionē: amplectat p delectationes. Vel si hoc
melius placet: Audit dilectus p reuelationē:
videt p cōtemplationē: deosculat p deuotio-
nē: amplexat p dulcedinis sue infusionē. Au-
ditur p reuelationē donec voce eius paulatiz
inualescente tota perstreptūū tumultuatio
sopiat: solaq; ip̄a vox eius audiat: donec ois

illa tandem tumultuantium turba disperat: solusque dilectus cum sola remaneat: et solum sola per contemplationem aspiciat. Videat dilectus per contemplationem donec ad insolite visionis aspectum pulchritudinisque eius admirationem paulatim anima incalescat: magis magisque inardescat: et tandem aliquando tota incandescat donec ad veram puritatem internamque pulchritudinem tota reformetur: et ille interne habitationis thalamus purpureus et bysso: hiacyntho coccoque distincto vinctusque porneus: donec tandem aliquando thalamo ornato et introducto dilecto fiducia iam inualescente desiderioque purgante: cum se ulterius iam cohibere non valeat: subito in oscula ruat et impressis labiis intime deuotionis oscula figat. Per deuotionem sepe et multiformiter dilectus deosculatur: dum interius cubiculum sternit: donec intimam anime suam ad summam pacem et tranquillitatem componat: donec tandem dilecto inter vbera sua collocato ad ineffabilem quandam diuine dulcedinis infusionem tota in illius desiderio liqueat: et spiritus ille qui domino adheret: vnus cum eo spiritus fiat. Puto quod ex parte tanta dulcedine: et tanta intima suauitate: de cetero iam non possit anima illa dilecto pulsanti aliquis moras innectere: vel vlla expectatione fatigare: nec ulterius per hac parte dictura sit: expectata: reexpectata: praesertim cum sibi ipsi

Richardus de arca mystica

ois mora nimis longa: z expectatio videatur onerosa. Deinceps vt arbitroz cū abraā p̄i/ archa: siue etiā cū helia p̄ha habitatiōis sue introitum libēter obseruabit: vt ad dilecti sui susceptionē semp sit pata. Sub hoc tpe vt arbitroz illud opus nostrum ductile incipit nō mediocriter p̄ficere: z cōsūmationi appropinquare: eo q̄ illi n̄ri cherubin incipiant alas suas iā latius extēdere z se se iā q̄si ad volatū oī hora suspendere.

Q̄ sit pene impossibile cuiuis aīe p̄fecte seip̄am extra semetip̄am effundere: z supra semetip̄am ire. **Ca. XVI**

Ed q̄uis pata iam sit tūc t̄pis hmōi aīa aduenientē sp̄sum suscipe: nescio si z eque pata z expedita sit vocanti occurrere. Timeo ne adhuc pro hac pte dilecto suo sit dictura: expecta: r̄expecta: modicū ibi: modicū ibi. Puto em̄ nō esse eiusdē facilitatis suscipe venientē: z sequi vocantē. Aliud nāq̄ est cū ip̄so introire: atq̄ aliud est ad ip̄m exire. Ibi aīa ad seip̄am reuertit: z cū dilecto suo vsq̄ ad intima cordis sui penetralia ingredit: hic extra semetip̄am ducit: z ad sublimia cōtemplāda subleuat. Quid nāq̄ est eius in-

troire: nisi se totā intra semetip̄am colligere:
Quid nō ē eius exire: nisi seip̄as extra semet-
ip̄am totā effunderet: Nihil itaq; aliud ē aīaz
cum dilecto suo in cubiculū ingredi: et solam
illā cū solo morari: dulcedineq; p̄frui: nisi ex-
teriorū omniū penitus obliuisci: et in eius dile-
ctōne sūme et intīme delectari. Se solā anima
cū dilecto videt: qñ exteriorū omniū oblita ex-
p̄ria cōsideratiōe in dilecti sui dilectionē de-
sideriū suum purget: et ex his que in intīmis
suis cōsiderat: animū in eiusmodi sensū et affe-
ctum inflāmat: et tā ex bonorū q̄ ex malorū su-
orū cōsideratiōe in gratiarū actionē assurgit:
et hinc p̄ imp̄esa gratia: hinc p̄ indulta venia
intīme deuotiōis victimas persoluit. Et q; in
intīmū dilectus perducit: et in optimo collo-
cat: quādo ex intīmo affectu et sup̄ oīa ille dili-
git. Cogita quid sit q̄ in hac vita tua arden-
tius dilexisti: anxius cōcupisti: quid te iocū-
dius afficiebat ceterisq; oīb; p̄fundit; delecta-
bat. Cōsidera ḡ si tandē affectionis violentiā
delectatiōisq; abundantia sentis: quādo in sū-
mi dilectoris desideriū inardescis: qñ ī ei; di-
lectione requiescis: cū dubiū nō sit: q̄ intīmū
illum affectionis tue sinum: necdum teneat
si intīme dilectionis aculeus animam tuam

Richardus de arca mystica

In diuinis affectionibus minus penetrat: tepidius exagitat: quā in alienis affectiōib⁹ aliquā penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantā p̄sus vel forte validiorem dilectiōis vel delectationis violentiā in intimis tuis circa diuina p̄spereris: quā alias nūquā exptus fueras: vide adhuc si forte aliud aliqd sit in quo delectari vel cōsolari possis: dilectus intimū cordis tui nō penetravit. Certe quōdiu possumus ex aliena qualicūq; re cōsolationē vel iocūditatē cōcipere: nōdū audeo dicere dilectū intimū ardentissimi amoris sinū tenere. Satage: festina trahere eū adhuc ad interiora: et exteriora cordis tui penetralia euellere quocūq; es adhuc h̄mōi aīa. Quis. n. neget intimū illud cordis hūani penetrabile: tales recess⁹ h̄re seu etiā obtinere posse: ī quib⁹ sūmi et singularis amoris violentia cū aliqd p̄ affectū illi infixit aliena oīno delectatōe auelli nō possit: Certe si alienā aliquā p̄solationē queris v̄l recipis: deū tuū quōuis fortassis sūme: nōdū tū singulariter diligis: Nōdum ergo ille in intimū introduceat: ac nondū in optimo collocat. Si igitur nō satagis introducere eū in intima tua: quō credā te velle vel posse sequi eū in intima sua: vel ad sublimia sua: Certū ergo signū tibi sit quecūq; es aīa quā dilectū tuū minus diligis:

Liber III Ca. XVI.

vel ab ipso minus diligeris: si ad theoreticos illos excessus nondū vocari: vel vocantē sequi nōdū meruerit. Quō em̄ pfecte diligē vel diligēt: si ī sūmox desiderio ad supna n̄ rapis: z ī anagogicos illos excessus mēt̄ alienatiōe nō transis: His nosse: qz sublimitas diuinax reuelationū sit manifestū diuine dilectōnis īdiciuz: audi qd̄ ille in euāgelio discipulis suis dicat: *Faz nō dicam vos seruos sed amicos: quia omnia que audiui a patre meo nota feci vobis: Attēdez illud: qz ex magnitudine diuine dilectiōis pendet modus diuine reuelationis. Comedite inqt̄ ille z bibite amici mei: z iebziamini charissimi. Ecce q̄ amici z chari sunt comedūt: qui n̄o charissimi sunt bibunt: īmo nō solū charissimi potant: s̄ z inebziant. Certe qui comedūt: dum sumptū cibū mastīcant nō sine mora vel qualicūqz labore illud ī q̄ delectant̄ trañciūt in ventrē: Qui n̄o bibūt cū summa facilitate vel velocitate illud qd̄ sumūt in ventrē traducūt. Nūquid ḡ nō illi vident̄ tibi comedere qui cū multo studio z longa meditatiōe vix p̄nt ad veritatis delicias p̄tingere: Bibūt aut̄ quodāmō qui ex diuinis reuelatiōibus sūma cū facilitate z iocūditate hauriūt qd̄ de intīna veritatis suauitate ardet̄ cōcupiscūt. Chari ḡ comedūt: sed cha-*

Richardus de arca mystica

rissimi bibunt: quia secundum mensuram dilectionis dispensat et modus manifestationis. Ebrietas autem mentis alienationem efficit: et superne quidem revelationis infusio eos duntaxat qui charissimi sunt in mentis excessus abducit. Tale propheta ebrietatem designare voluit cum dixit: Inebriabuntur ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos. Si ergo concupiscimus hac ebrietate madere: et hos mentis theoreticos excessus frequentare: satagamus deum nostrum intime amare et summe diligere: et omni hora in divine contemplationis leticiam summo cum desiderio anhelare: et hoc erit nostris cherubin alarum expansas habere. Ecce iam quanto labore sudavimus: ecce quia multa in idipsum circumlocutione usi sumus ut cherubin nostri alas suas sufficienter expanderent: et propitiatorio nostro quale oportet umbraculum ostenderet.

De his que specialiter pertinent ad quintum generum contemplationis. Ca. XVII.

Estat nunc et illud querere: cur se debeant
r dicti cherubin mutuo respicere: et in
respiciendo vultum in propitiatorium portare.
Respiciant se inquit mutuo versis vultibus in propiti-

Liber III Ca. XVII.

tiatorium. Diximus aut supius: qz ad primū cherubin ptinent ea q̄ sunt supra rōnem: nec tamē p̄ter rōnem. Ad secūdū aut cherubi ea que sunt supra rōnem: z vident esse p̄ter ratiōnē. Scdm̄ hanc itaqz distinctionē videte ne forte ad primū cherubin specialiter ptineant ea que considerant̄ circa diuine illi⁹ summe z simplicis essentie vnitatē. Ad secūdū aut cherubin ptineat ea que cōsiderant̄ circa psonaz trinitatē. Qz̄ multa em̄ sunt q̄ de personaz trinitate credunt̄: asserunt̄ z scripturaz auctoritate pban̄: que oīno vident̄ nature repugnare: z omī hūane rōni p̄traire. Recte itaqz oīa eiusmodi ad secūdū cherubin vident̄ ptinere in quo illa que hūane rōni repugnant in cōtēplatōez adducunt̄. Que aut̄ circa diuinitatis vnitatē cōsiderant̄ in vna z simplici natura videamus q̄z sint hūane intelligētie modū excedentia: cū tñ nihilomin⁹ sint rōni cōsentanea: et idcirco maxie ad primū cherubin: h̄ est ad quintū cōtemplatōnis gen⁹ ptinentia. Certe p̄ncipale illud et summū oīm credim⁹ vere simplex z summe vnū: z in illo vno z simplici bono esse om̄e bonū. Quātū ad essentiā nihil illo simplicius: q̄tum x̄o ad efficaciam nihil illo multiplicius. Qz̄ tum ad essentiā qd̄ illo simplicius quod vere z summe vnum est:

Richardus de arca mystica

Quātū nō ad efficacīā qđ illo multiplici⁹: qz
ne z absq; vlla dubitatione oīa pōt. Vide q̄
sit difficile hūana rōne cōprehēdere om̄e qđ
est: z tūc intelliges q̄ sit incōprehēibile illō
bonū in quo est om̄e bonū. Supra rōnem est
cōprehēdere quō illud bonū vere simplex et
sūme vnū omne bonū sit. Verūtāmē huic as-
sertionī hūana ratio facile acq̄escit: z sua atte-
statiōe alludit: cōsiderās z affirmās z veracit̄
cōtestans: qz plenū z pfectū z oīno sufficiens
non esset in illo summo z sempiterno bono si
boni aliqđ d̄esset. Quō ḡ comprehendī pōt
qđ īmensū z infinitū est: Magnus inq̄t dñs
z laudabilis nimis: z magnitudinis eius non
est finis. Sz q̄s sensus pōt capere: que ratio
comprehēdere: quō possit deus vtrūq; esse z
simplex z īmensus: z vere simplex si est īmen-
sus: z summe vnus si est infinitus. Et tñ ratio
cū rōcinatiōe attestat̄: qz illō vere simplex ē:
qđ veraciter cōpositū nō est: qz om̄e qđ cōpo-
sitū est naturaliter diuidī pōt: z qđ naturalit̄
est diuisibile: s̄m aliqđ est z cōmutabile. Cō-
sentit ergo ratio vere simplex esse qđ oportet
incōmutabile esse: qđ cōstat optimū z sūmū
oīm esse. Apud quē inq̄t ap̄tus: nō est cōmu-
tatio nec vicissitudinis obumbratio. Si ergo
bonū est incōmutabile esse bonū: z eque bo-

nun erit simplex esse: Cōsequēs ḡ est: qz sum
 me simplex est qđ summe bonū est. Si ḡ illo
 nihil simplici⁹: nihil est illo subtilius: z qđ nihil
 subtilius: nihil illo pfundius: z pfundissimo
 nihil est inscrutabili⁹: z cōsequēter nihil incō/
 p̄hensibilius. Videam⁹ adhuc qđ ex mutua
 collatōe pueniat simplicitatis z īmensitatis:
 vnitatis z vniuersitatis. Si om̄e bonū ibi est
 z quicqđ ibi est sūme bonū est: ergo sūma po/
 tentia: ergo sūma sapiētia: summa bonitas: z
 summa felicitas. Vbi ḡo sūma simplicitas ē
 totū qđ est vnū idēq; ipm ē. Vnū itaq; idēq;
 est ei esse: viuere z intelligere z posse: bonū et
 beatū esse: Et vide qđ hoc est incōprehēibile.
 Non est ergo aliūde potens: aliūde sapiens:
 aliūde bonus: aliūde beatus. Cogita ḡ qđ sit
 illa potētia cui ē idē facere qđ fieri velle. Attē
 de que sit illa sapiētia cui idē est posse z scire.
 Pensa qđ sit illa bonitas cui quicqđ placet eo
 ip̄o decet quo placet: cui quicqđ displicet eo
 ip̄o indecēs est quo displicet. Considera qđ sit
 illa vita cui idem est esse qđ beatū esse. Itē et
 illud attēde: qz si vere oīpotēs est: z oīa vbiq;
 pōt. Potētiālī⁹ ḡ vbiq; ē: z vbi loc⁹ est: z vbi
 locus nō est. Si ḡo potētiālīter z essentialī⁹:
 qz nō est alia eius potētia: z alia eius essentia.
 Essentialīter ergo est intra oīa: extra oīa z sup

Richardus de arca mystica

oia: z infra oia. Si itra oia: nihil illo secreti^o.
Si extra oia: nihil illo remoti^o. Si infra oia:
nihil illo occulti^o. Si sup oia: nihil illo subli-
mius. Quid ergo illo incōprehensibili^o quo
nihil secreti^o: nihil remotius: nihil occultius:
nihil sublimius: Item si in omni loco deus ē:
nihil illo p̄sentius. Si extra omnē locū est: ni-
hil illo absenti^o: S; nūquid eo ip̄o absenti^o q̄
oib^o p̄sentī^o: z eo ip̄o p̄sentī^o q̄ oib^o absenti^o:
cui aliū de z aliū de nō est esse om̄e qd̄ ē: S; si
absentissimo nihil ē p̄sentī^o: si p̄sentissimo ni-
hil ē absenti^o: qd̄ illo mirabili^o: qd̄ illo incōpre-
hensibilius: Itē si nō est aliud ei^o potestas: z
aliud eius felicitas: vbicūq; est eius potestas
summa: ibi z summa ē felicitas. Sūma ergo
felicitas vbicūq; est: quō ḡ vel ī inferno loc^o sū-
me miserie esse pōt: vel pōt quisq; miser esse
cū sūma felicitas nusq; p̄t abesse: nūq; deesse:
Hec oia mira z de incōprehēsibila sūt. Dul-
ta īmo pene īfinita circa diuinitatē vnitatē: z
circa vnitatis cōsiderationē rō approbat: cuz
tamē illa nō cōprehēdat. Eiusmodi itaq; oia
sup rōnem sunt: z eo ip̄o fm̄ supius dictā de-
terminationē ad primū cherubin se veraciter
ptinere ostendūt.

De his que specialiter ptinent ad

sexto genus contemplationis. Ca. XVIII.

Circa personarum autem trinitatem trinitatisque speculationem quae multa firmiter creduntur: veraciter asseruntur: quae tamen non solum supra rationem: sed etiam contra rationem esse videntur. Credimus unum deum patrem et filium et spiritum sanctum: Patrem a nullo: filium a patre solo: et spiritum sanctum a patre et filio: Patrem generando: filium nascendo: et spiritum sanctum procedendo. Credimus itaque unum eundemque in personis trinum: et in substantia unum. Unde alius est pater: alius est filius: et alius est spiritus sanctus: Nec tamen aliud est patris quam filius: nec aliud est patris vel filius quam amborum spiritus. Nam alia est persona patris: alia filii: alia spiritus sancti: cum sit omnibus una substantia: eadem essentia et sola natura. Haec omnia credimus: haec omnia profitemur: et constat veraciter sic esse: et tamen in his omnibus si iuxta humanam estimationem pensentur: videtur humana ratio fortiter repugnare. Si pater est ingenuitus: filius genuitus: est neque suba patris ingenuitus: et filii genuitus: Et cum utriusque sit una eademque suba: erit ipsa genuita et ingenuita: hoc est genuita et non genuita. Numquid eadem ipsa genuit seipsum: et genuit a seipso: numquid eadem ipsa genuit et non genuit: nascitur et non nascitur: Si filium nasci dicimus: quod de eius natiuitate dicimus: Numquid eius natiuitas aeterna non erit

Richardus de arca mystica

apud quē nō est transmutatio nec vicissitudi-
nis obumbratio: Si eius natiuitas aliquñ nō
fuit: quō patri coetern^o v^l coequalis fuit: Et
si illi^o natiuitas aliquñ nō erit: quō illa natura
incōmutabilis erit: in qua aliqd trāsfit: Si sp
fuit: quō ab alio eē accepit: qui nunq̄ esse in-
cepit: sine quo pater nunq̄ eē potuit: Et quō
eius natiuitas p̄fecta ē si adhuc futura ē: An
forte iterat̄ semp vt possit eē semp: Nunquid
ḡ nō vna s̄ multiplex z infinita erit: quā in in-
finitū iterare oportebit: Quicqd̄ x̄o de filiū
natiuitate diximus: vide ne forte z circa spūs
sancti p̄cessionē eadē ratiocinatiōe q̄rere pos-
simus. Ecce z ista si iuxta hūanā estimationē
pensent̄: hūane rationi repugnare vidēt. Si
spūs sanet^o cū patre eiusdem est potentie: nū-
quid z ip̄e pōt̄ qcqd̄ p̄ pōt̄: Nunquid ḡ talē
filiū qualē pater gignere pōt̄: An forte filius
gignere potētia nō est: z talem filiū qui omi-
potēs est: An forte nō vult cū possit: Quō ḡ
eandē cū p̄re volūtāt̄ similitudinē similitudinēq̄
plenitudinē possidebit: Multa ī hūc modū z
pene innumera circa p̄sonaz trinitatē iuenies:
q̄ hūane rōni nō solū incōprehēsibilia s̄ etiaz
dissona repies. Multa inq̄ eiusmodi iuenies
circa p̄sonaz trinitatē. Multa etiā eiusmodi ī
x̄bi icarnatōe circa subaz vnionē. Quid q̄so

111

Liber III Ca. XVIII.

ē etiā q̄ hūanitas ⁊ diuinitas vnite vt sūt vna
 p̄sona eē possint: Nūq̄d aliq̄d q̄d hoīs ē: aut
 aliq̄d q̄d dei est: vel aliq̄d q̄d vtriusq̄ ē: Sz si
 vtriusq̄ nō ē: quō in eo vniri p̄nt q̄d ab alter
 utro alienū ē: Si aliq̄d q̄d homīs ē: q̄ creatu
 ra est. Si aliq̄d q̄d dei est: ergo supra creatu
 ram est: ⁊ iā creatura nō est. Si aliq̄d q̄d dei ⁊
 hominis est: ergo ipse deus ⁊ homo est: nnu
 q̄d idiūm vtrūq̄ erit: ⁊ vtrūq̄ nō erit: creatu
 ra scz ⁊ nō creatura: Sed questio ista valde ē
 inusitata: ⁊ hucusq̄ vt arbitror nō est mota: ⁊
 idcirco recti⁹ ē sup̄rimēda. Sz de aīa xp̄i q̄d
 dicimus: quam omnis gratie plenitudinē ac
 cepisse negare nō audem⁹. Nā quicq̄d pater
 habet ex natura: ip̄a xp̄i aīa habet ex gr̄a: qz
 ī ip̄a inh̄itat oīs plenitudo diuinitatis corpa
 lit. Si accepit aīa xp̄i omnē plenitudinē gr̄e:
 ergo ⁊ plenitudinē sapiētie: ⁊ plenitudinē po
 tentie. Si q̄ equalē accepit sapiētia: equalē
 potētiā habet cū patre: q̄d negari nō potest:
 Nūq̄d ⁊ p̄ri equalis erit: et creatura creatori
 coeq̄ri potuerit: q̄d oīno fatēdū nō est. Sz si
 equalē sapiētia ⁊ equalē potētiā aīa ch̄usti
 accepit absq̄ dubio habet: quō ei coequari n̄
 valet: Sed q̄d hoc de aīa xp̄i dicim⁹: q̄n cir
 ca corpus eius iuxta fidei assertionem multa
 credim⁹ atq̄ tenemus; que hūana rō impu

Richardus de arca mystica

gnat et impossibilia iudicat: Quoniam corpus suum
christus discipulis suis distribuebat: nunquam seipsum
manibus suis portabat: Nunquam ipse idem erat qui
portabat et portabatur: Idem ipse erat qui dabat et
qui dabatur: Quoniam a discipulis sumebatur: tentibus
terebatur: nunquam ledebatur: An forte in eo qui da
batur impassibilis erat: sicut et inuisibilis erat:
quoniam quis scilicet idem qui dabat sicut visibilis sic et passi
bilis erat: Nunquam ergo unum idemque corpus
vno eodemque tempore erat visibile et inuisibile: passi
bile et impassibile: cum tamen hoc sit incomprehensibi
obsecro quomō natura interrogata: vel scri-
ptura consulta: vnum eundēq; sensum pari lo-
quūt cōcordia. Ex solo itaq; seruēt desiderij
estu fieri valet ⁊ solet diuinit⁹ inflāmate mēt⁹
excessus quēadmodū supius plocuti sum⁹.

Q p̄mus excedendi modus qñq;
fiat tā ex estuanti deuotione q̄ ex ad-
iūcta sibi diuina reuelatiōe. Ca. VIII

It etiam aliquādo eiusmodi mentis
alienatio occurrentibus sibih̄nuicem
hinc estuantis anime desiderio: illinc
mirādo aliquo diuine reuelatōis spectaculo:
Qd ex illo abrae p̄mo egressu colligere pos-
sumus: de quo superius aliqua locuti sumus.
Quid em̄ de eo ait scriptura: Apparuit abrae
domin⁹ sedētī in cōualle mambre in ostio ta-
bernaculi sui in ip̄o seruoze diei. Cūq; eleua-
set oculos apparuerūt ei tres viri stantes p̄pe-
eum: Quos cū; vidisset: occurrit in occursum

Richardus de arca mystica

eorum de ostio tabernaculi sui. Si per tabernaculum abrae: mentis humane habitaculum intelligimus: quid erit homini egressus nisi humane mentis excessus? Duobus namque modis extra nosmetipsos ducimur. Nam modo extra nosmetipsos sed infra nosmetipsos descendimus: modo extra nosmetipsos: sed supra nosmetipsos leuamur. In illo ad mundana captiuamur: in isto ad supermundana reducimur. Sed sicut est gemina digressio: sic utique est gemina reuersio. Ab utroque egressu: quasi ad conuersationis nostre habitaculum reuertimur: quando post mundana negotia: vel post celestium contemplationum spectacula: ad circumspectionem morum nostrorum mentis nostre oculos reducimus: et intima nostra discutiētes quales ipsi sumus studiosa retractatione perscrutamur. De prima reuersione recte illud intelligitur: quod de filio prodigo in euangelio legitur: qui in se reuersus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus etc. De secunda vero reuersione nihilominus recte intelligimus: quod de apostolo petro alio loco legitur: Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio vere: quia misit dominus angelum suum etc. Ecce uterque ad se reuersus legitur: sed cur homini quia a seipso prius exisse videbantur: Nam unus longe a se in longinquam regionem ducitur: alter angelico ducatu supra communem humane possu-

bilis statū mētis alienatiōe leuat. Primo
 itaq; egressu descendit ad ima: Secūdo egres-
 su leuat homo ad summa. In p̄mo a domino
 elongamur: In secūdo dño appropinquam⁹.
 Quid igit̄ est ille egressus p̄ quē dño occurrit̄
 nisi humane mētis excessus per quē supra se/
 metipsam rapta in diuine ꝓtemplatiōis arca/
 na sustollit̄: Si ḡ egressionis ei⁹ causam que/
 rimus citius inuenim⁹: Max̄ visio q̄ ei exteri⁹
 apparuit: ꝓculdubio eum ad interiora traxit.
 Apparitionis aut̄ diuine causa latēter innuit̄
 in eo q̄ ei dñs apparuisse dicit̄ in ipso feruore
 diei: sedenti quidem in ostio tabernaculi sui.
 Vides certe: qz calor diei feruebat: quādo ei
 dñs apparebat. Quis queso ē iste feruor diei:
 nisi estuatio ardētis desiderij: Amor itaq; il-
 le q̄ tenebras diligit: amor inq; q̄ lucem odit:
 diei feruor dici nō pōt nec debet. Scim⁹ aut̄
 qz qui male agit odit lucē: q̄ aut̄ facit veritatē
 venit ad lucem: vt manifestent̄ opa eius: qz in
 deo facta sunt. Quid itaq; aliud est feruor di-
 ei: nisi feruid⁹ amor veri desiderij: xi ⁊ sūmi
 boni: Sub q̄li feruore tūc patriarcha abraā
 estuabat: Qualis deniq; eū a domesticis suis
 spellebat: ⁊ eū ī ostio ⁊ ocio sedere: t̄mō va-
 care ⁊ videre cogebat: ābientē ⁊ optatē absq;
 dubio diuine aspirationis aurā ꝓcipe deside-

Richardus de arca mystica

riꝝ sui estum illius afflatu temperare. Perpendis vt arbitroz quomō ille sub quo tunc estuabat feruor illuc eum trahebat: vñ illos tres p̄spicere potuisset: quos iure adorādos non dubitaret. Forte si tunc domesticis suis intenderet: et tabernaculi sui intima teneret: adorandas illas p̄sonas minime vidisset: ⁊ si non vidisset: forsitan tūc temporis nō exisset. Duo ergo in vnum occurrūt que egressionis illius occasionē p̄buerunt: scz nimietas feruoris ⁊ nouitas visionis. Juxta huius rei similitudinē sepe in mente humana agit: vt dum nimio celestis desiderij incendio vrit: aliquid ex diuina reuelatione videre mereat: vnde ad illos theozicos excessus adiuuet.

De secūdo excedendi modus fieri solet ex magnitudine admirationis. Capitulū. IX.

Ec interim de illo mentis excessu dicta sunt qui surgit ex magnitudine deuotionis: nunc de illo dicendū videt qui surgere solet ex magnitudine admirationis. Quis autē nesciat inde fieri admirationē cum aliquid cernimus p̄ter spem ⁊ supra estimationē: Nouitas itaq; visionis ⁊ rei vix credibilis adducere solet admirationem mentis:

quādo aliqd incipit videri qd̄ vix possit cre-
di. Ille igit̄ mentis excessus qui ex admirati-
one oritur: attende q̄ cōuenienter describat̄
in eo q̄ dicit̄: Que est ista que p̄gredit̄ quasi
auroza p̄surgens &c. Quid est auroza: nisi lux
noua tenebrisq̄ p̄mixta: Et vnde queso ad-
miratio: nisi ex inopinato & incredibili specta-
culo: Habet itaq̄ ip̄a admiratio lucem subi-
tam tenebrisq̄ p̄mixtā: lucem visionis cū qui-
busdā reliquīs incredibilitatis ambiguita-
tisq̄ tenebris: ita vt mō mirabili mens absq̄
dubio videat qd̄ credere vix valeat. Sz rei no-
uitatē quātō magis miramur: tanto diligen-
tius attendimus: & quātō diligentius & atten-
tius p̄spicimus: tanto plenius cognoscimus.
Erescit itaq̄ ex admiratiōe attentio: & ex at-
tentione cognitio. Vens itaq̄ velut auroza
cōsurgit: que ex visionis admiratione paula-
tim ad incrementa cognitionis p̄ficit. Auro-
za siquidē paulatim eleuat̄: eleuādo dilatat̄:
dilatando clarificatur: Sed miro modo duz
tandē in diem desinit: p̄ p̄motionis sue incre-
menta ad defectū venit: & vnde accipit vt ma-
ior sit: inde ei accedit tandēq̄ accidit vt oīno
non sit. Sic itaq̄ intelligentia humana diui-
no lumine irradiata: dum intelligibilius con-
templatione suspendit̄: dum in eorum admi-

Richardus de arca mystica

ratione distendit: quāto semp ad altiora vel
mirabiliora ducit: tanto amplius: tanto co-
piosius dilatatur: et vnde infimis remotior:
inde in semetipsa purior: ⁊ ad sublimia subti-
lior inuenitur. Sed in eiusmodi subleuatione
dum mens hūana semp ad altiora crescit: dū
diu crescendo tandem aliquādo humane ca-
pacitatis metas transcendit: fit demū vt a se-
metipsa penitus deficiat: et in supmūdanum
quēdam transformata affectum tota supra se-
metipsam eat: Et sicut matutina lux crescēdo
desinit: nō quidē esse lux: s̄ eē lux matutina vt
īpa auroza iam nō sit auroza: ita humana in-
telligentia ex dilatationis sue magnitudine
quāq; accipit vt īpa iaz nō sit: nō quidē vt ipsa
non sit intelligētia: sed vt iam nō sit humana:
dūmodo mirabili mutationeq; incōprehen-
sibili efficit plus q̄ humana: dum gloriā do-
mini speculando in eandem imaginē transfor-
matur a claritate in claritatē tanq̄ a domini
spiritu. Ex his igit̄ ppendis vt arbitror q̄ p-
prie q̄ exp̄sse ille mētis excessus qui ex admi-
rationis magnitudine oritur: ex mystica de-
scriptione designat̄ in eo quod dicit: Que est
īsta que progredit̄ quasi auroza consurgens
⁊ cetera.

Quod secundus excedendi modus
quoniam a sola admiratione incipit: et in
feruentissimum deuotionis desiderium
desinit. Capitulum. X.

Standum sane quod sicut ille superior ex
n cessionis modus: de quo superius lo
cuti sumus ex deuotione surgit: sic eon
trario iste secundus de quo nunc loquimur: non
tam a deuotione incipit quam in ipsam desinit.
Ibi ex intimo ueritatis desiderio ad ueritatis
contemplationem assurgitur: hic ex ueritatis re
uelatione eiusque contemplatione ad deuotionem
animus inflammat. Videte ne forte hoc no
bis scriptura mystice innuat: cum eis que su
perius posuimus uerbis subsequenter adiun
gat. Dicto enim: Que est ista que progreditur qua
si aurora consurgens: statim adiungit: Pul
chra ut luna: electa ut sol. Nemo hoc loco a
me horum uel aliorum que posuimus uel positu
ri sumus uerborum: plenam expositionem expectat
uel expectet: nisi quantum presentis materie ratio
per ueritatis testimonio ex postulat. Aurora itaque
et luna lucem habent: sed calorem non habent: sol
autem utroque prepollet. Quid enim sole lu
cidius: quid sole feruentius: Videtis ergo
quia illa mentis ascensio que hoc loco de

Richardus de arca mystica

signatur cuius extrema sibi comparantur: ut
dicitur in quā quia non qualem cunq; sed sum-
mā quādam deuotionē designat: quāuis a sola
claritate veritatisq; illustratione incipiat. Si-
cut enim in illa superiore ex nimio deuotionis sue
feruore meretur sepe subleuari ad summe ve-
ritatis contemplationē: sic in ista ex miranda
quādam cōtemplatione veritatis atq; stupē-
da: paulatim pmouetur tandēq; inflāmatur
ad summā deuotionē. Considerem⁹ ḡ in ortu
solis magnitudinē claritatis atq; caloris: in-
deq; colligamus in huius mentis subleuatio-
ne: ascensionis pmotionem: promotionisq;
cōsummationē: que quidem quasi ab auro-
ra incipit: et tandem aliquādo in se solis similitu-
dinem trahit.

Q secundus excedendi modus
qñq; a sola admiratione incipit: et in
eodem tenore pseuerat. Ca. XI.

Et tamē dicimus in hac seclūda mē-
tis excessione humane promotionis
modū semp et vbiq; eundem cōsum-
mationis exitum habere. Videmus in rebus
exterioribus quid de rebus interioribus esti-
mare debeamus. Si enim vas aque radio so-
lis supponas: ipsam mox aquam videbis lu-

Liber V Ca. XI.

minis splendorem ex se in supiora refundere:
 ⁊ claritatē quidem absq; calore tamē in sum-
 ma leuare. Sic multi sane diuine reuelatiōis
 radios suscipiunt: sed non inde eque omnes
 ad eandem vim dilectiōis pficiunt. Ut enim
 bonorū omnium auctor gratie sue in nobis do-
 na cōmendat: ex eadem re diuersos in diuer-
 sis modo temporibus: modo psonis affectus
 exhibet. Perpende obsecro ex pposito exem-
 plo q̄squis hec legis vel audis: quid ille ī no-
 bis diuine reuelatiōis eterniq; luminis radi²
 efficiat: quomō humanā intelligentiā ex infu-
 sionis sue illustratiōe supra semetipsaz leuat.
 Attende qualiter hec ppositi tibi exempli for-
 mula hunc de quo modo loquimur humane
 mentis excessum ex qualitatis sue similitudi-
 ne proponat. Quid est aqua: nisi cogitatio
 humana que semp ad inferiora labit: nisi sub
 districtiōis magne moderamine cobibeat:
 Aqua in vase collecta: cogitatio meditatiōi i-
 tenta: ⁊ per intentionē defixa. Aque collectio
 cordis meditatio. Eiusmodi aque solis radi²
 se infundit: quādo diuina reuelatio meditati-
 oni occurrit. Sed cum aqua radium in se su-
 perni luminis accipit: fulgozem quoq; lumi-
 nis ī ip̄a: vt dictū est: ad supiora emittit: ⁊ mi-
 rum in modū illuc vsq; radium luminis ex se

Richardus de arca mystica

leuat: quo ipsa per se nullo modo ascendere valet:
Et cum tanta sit differentia aque et luminis: illi tantum
quam de se luminis radio emittit: non nihil sue
similitudinis imprimit: ita ut tremula tremu-
lum: quieta quietum: purior puriorum: diffusior
diffusiorum efficiat. Juxta hanc sane similitu-
dinem cum inaccessibilis illius eterni luminis
reuelatio cor humanum irradiat: humanam intel-
ligentiam supra semetipsam: imo super omnem hu-
manum modum leuat: et illuc intelligentie radi-
um diuini luminis infusione admirationisque re-
uerberatione de imis ad summa resilit: ubi nul-
la ingenii perspicacia: ubi nulla artis industria:
nulla humana rationatio ascendere sufficit: Et quod
mentem hominis diuine claritatis splendor pro-
fundius penetrat: eo altius stuporis sui ma-
gnitudine excussa: et per extasim subleuata in
diuinorum arcanorum sublimibus sublimius
resultat. Illud autem omnino constare debet:
quia quanto plenius atque perfectius ad intimam
animus pacem et tranquillitatem componere se
perualuerit: tanto firmiter: tanto tenacius in hac
subleuatione summe luci per contemplationem
inheret. Et proculdubio quanto purior ad in-
tegritatem: quanto diffusior ad charitatem: tan-
to perspicacior: tanto capacior inuenitur ad su-
permundanorum et supercelestium contemplationem.

Quod in secundo excedendi modo
 quibus diuina reuelatio nre meditati-
 oni occurrit. Capitulum. XII.

Standum sane quod ille diuine reuelati-
 onis splendor: quandoque puenienti me-
 ditationi occurrit: quandoque ipsam hu-
 manam meditationem puenit: et modo querentem
 adiuuat: modo excitat torpentem vel dormi-
 entem euocat. Hinc est quod regina austri reges
 salomonem questionibus pulsat: et propositis eni-
 gmatibus: vniuersa ab eo didicit que illi pro-
 ponebat. Hinc est quod vincitum petrum angelus cum
 luce visitans a corporis sui somno excutit et
 educit. Quid enim loquitur scriptura de regina
 austri: que venit audire sapientiam salomonis:
 nisi quod docuit eam salomon omnia verba que pro-
 uerbat: Que est regina austri et illius callide re-
 gionis inhabitatrix et domina: et videndi salomo-
 nis desiderio succesa: Que inquam est ista regi-
 na: nisi quelibet sancta anima sensibus et ap-
 petitibus carnis: cogitationibus et affectio-
 nibus mentis fortiter presidens: et summi re-
 gis verique proorsus salomonis dilectione fer-
 uens videndique desiderio ardens: Eiusmodi
 regina summe sapientie regem: propositis

Richardus de arca mystica

enigmatibus ⁊ frequētib⁹ interrogationib⁹
impetit: quādo quelibet anima deuota de di-
uino adiutorio p̄sumens: inuestigāde verita-
tis studio uehement̄ insistit. Audīt quod que-
rit: quādo ⁊ illa ad que ex p̄pria industria non
sufficit: sepe inter orationū suspiria ex diuina
reuelatione cognoscit. Videamus adhuc qđ
de eadem regina sermo diuinus p̄ponat: cum
iteꝝ subiūgens dicat: Videns autem regina
saba omnē sapientiā salomonis: ⁊ domū quā
7 edificauerat: ⁊ cibos mense eius: ⁊ habitacu-
la seruorum: ⁊ ordinem ministrantiū vestesq̄
eorum: ⁊ holocausta que offerebat in domo
domini: non habebat vltra sp̄ritū. Videns
inquit regina saba: Ecce modo videns descri-
bitur: que p̄ponens ⁊ querens p̄ponebat. Vi-
de tamē quid viderit: ⁊ intellige quanta intel-
lexerit. Videns ait regina saba omnē sapien-
tiam salomonis ⁊c. Ecce quanta: ecce qualia
aīe deuote: aīe studiose danť ex diuina reuelati-
one cognoscere. Perpēde ergo q̄ magna: at-
tende q̄ miranda videndo diuinitus cogno-
uerit: que diu videndo multumq̄ mirando:
tandem p̄ admirationis magnitudine ad
7 sp̄ritus sui defectum venit. Ecce quo ordine
processit: vel ad quem tandem exitum venit.
Pū querit ⁊ audit: postea videt ⁊ intelligit:

tandē autē obstupescit et deficit. Interrogat
 q̄ discat: contēplatur q̄ miretur: stupet vt mē
 te excidat: mentēq̄ excedat. Prīmū est medi
 tationis: secundū contemplationis: tertiū ex
 tasis. Ecce q̄bus p̄motiōis gradib⁹ subleuat
 anim⁹ humanus. Meditatione p̄fecto assur
 git in cōtemplationē: cōtemplatione in admī
 rationē: admiratione in mentis alienationē.
 Manifesto vt arbitror exemplo iam tenetis:
 q̄ ex magnitudine admirationis incidat ho
 mo in excessum mentis. Quid enim aliud il
 li fuit sp̄m̄ nō habere nisi mente excedere: vel
 vnde hoc ei accidit nisi ex multa admiratiōe:
 Quo nā modo queso regina ista sine spiritu
 fuit: nisi quia spirit⁹ ipsius a semetipso aliena
 tus fuit: Sed illud hoc loco ī memoriā redit
 qd̄ de semetipso alius quidaz dicat: Ego in
 quit iohānes fui in spiritu. Ecce iohannes se
 in spiritu esse testat: Ecce regina austri spiri
 tū nō habere asserit. Quid ergo: Ille in spi
 ritu fuit: ista sine spiritu fuit: Et quis ad hec
 idoneus: Si iohānes in spiritu fuit: quis mi
 hi exponat vtrū s̄m̄ carnem: vtrū s̄m̄ spiritū
 ibi fuerit: Sed quomō s̄m̄ carnem in spiritu
 esse potuit: cū corp⁹ omnino nisi in corporali
 loco esse nō possit: Si ergo s̄m̄ spiritū ibi es
 se creditur: quis edisserat quomō spiritus in

Richardus de arca mystica.

Spiritu esse dicat: Quid autē de regina austri
dicturi sumus: Nūquid nā corpus exanime
remansit: qñ spiritum non habere iam cepit:
Quis hoc dicat: quis nisi amens hoc astrue-
re audeat: Caro ergo regine nec tūc tēporis
sine spiritu fuit: qz sine spū viuere nō potuit.
Quid ergo: Nūquid nā spirit⁹ sine spū fuit:
Edisserat ergo qui potest: et quō potest: quo-
naz modo spūs sit ī spiritu: vel spūs sine spū:
si iure vnū de Johanne credit: alterū de regi-
na putat. An forte h̄ ē spiritū ī spū esse: semet-
ipm̄ intra semetipz totū colligere: z ea q̄ circa
carnē seu etiā in carne gerunt̄ interiz penitus
ignozare: An z spm̄ sine spū esse: semetipsum
supra semetipsum totuz effundere: z que sub
ipso vel in ipso fiunt: oīno interim ignozare: z
in illud diuinitatis arcanū totū intrare: Nō-
ne in spiritu spūs esse tūc recte asserit: qñ exte-
riorū omnīū obliuiscit: piter z ignarus eorū
omnīū que in corpe corpaliter agunt̄: et illis
solis interest p̄ memoriā vel intellectū: que in
spū: vel circa spiritū actitant̄. Cur non z recte
dicat spūs semetipm̄ nō habere: qñ incipit a
semetipō deficere: z a suo esse in supmū danū
quēdam z vere plus q̄ humanū statū transi-
re: vt mirabili transfiguratiōe spūs ille ab hu-
mano videat̄ in diuinū deficere: ita vt ipse iaz

Liber V Ca. XIII.

nō sit ipse: eo dūtaxat tpe quo dño incipit altius inherere. Qui em̄ adheret dño vn̄^o spiritus est: z psallere potest qui eiusmodi est: Defecit in salutari tuo anima mea. In spū itaq; est: qui summū mentis ascendit: z quasi a suo spiritu deficit: qui summū mentis transcēdit. Sz hoc meliorib⁹ z eruditiorib⁹ animis plenius discutienda relinquim⁹.

Qz in secūdo excedendi modo diuina reuelatio qñq; nostrā meditationē p̄uenit. Ca. XIII.

¶ Illud mō consideremus quō diuina reuelatio soleat qñq; etiā meditationis nr̄e studia p̄uenire: z hūanū animū infra cōmunē z humanū libertatis statū subita tēptationū violētia deiectū: nō solū ad solitū soliditatis statū erigere: verū etiā ultra hūane possibilitatis metas leuare. Sepe nāq; hūana mens post multa exercitioꝝ suoz insignia: importuna tēptationū instātia pulsata: z vehemēter cōcussa de illa sublimi securitatis z trāquillitatis sue arce deicit: ne q̄si de ppria fortitudine inter cōtinuos virtutū successus tā miserabilē q̄ inaniter glorief. Hinc est q̄ beatus petrus apostoloꝝ p̄cipuus post innumera meritorū miraculoꝝq; sublimia te-

Richardus de arca mystica.

netur: ligatur: includit: sed angelo assistente non minus mirabiliter eripitur q̄ crudeliter prius a crudelitatis ministris cruciabat. **U**ltis autem huiusmodi vincula scire que solent mentes meritis etiaz sublimes q̄nq̄ grauiter irretire: Quis nesciat irritamenta voluptatū modo a foris: modo ab int^o surgere: A foris ex delectatione: ab intus ex suggestione: p̄ suggestionem in mente: p̄ delectationē in carne. Modo nāq̄ sordida titillatione caro inflammat: modo x̄o feda cogitatione animus sordidatur. Quali ergo carcerales tenebras incurrimus: quando his cōcupiscentie nexibus irretiti: confusionis nostre caliginē declinare volumus et nō ualemus. Sed illa sane mens diuine cōsolationis reuelationem meret: que non tam ppria corporis sui ignauia q̄ aliene malignitatis p̄teruia has confusionis sue tenebras patit. Eiusmodi autē sancta anima ad diuine legationis aduentū eripitur: quando ex diuine inspiratiōis gr̄a et luce reuelationis ab oppressiōis sue pondere releuat. Angelus sane nūcius dicit: et p̄culdubio angel^o est nūcius: nec quilibet: sed diuin^o nūcius p̄ quem diuine volūtatis beneplacitū cognoscimus. Nūcius p̄ quem ad eternorū cognitionē illuminamur: p̄ quem ad eorū desiderū inflāma-

mur. Sed nūquid nouit nunciū iste celestia
 sola: an nō ⁊ terrena: Sed qui maiora nouit:
 quō minora ignorare possit: Bona sane lega
 tio ista que sufficit ad omnia: nō solum dicen
 da: verū etiā psuadenda: in q̄tū tamē voluerit
 ille qui mittit. Vultis audire qualem legatio
 nem ap̄tus Johānes nobis pmittat: cum di
 cat: Vnctio eius docebit vos de omnib⁹: S; 210
 que est vnctio ista nisi inspiratio diuina: Hic
est ille nūciū quē diu querebam⁹: hec est le
 gatio vere potens: vere sufficiens animū hu
 manū ad omnē veritatem inducere: ad omne
 diuīe volūtatis bñplacitū inclinare. Quid ḡ
 mirū si talis nūciū oppressam animā cōcupi
 scentie sue nexibus absoluit: ab ignorātie sue
 tenebris euoluit: qui celestiu⁹ ⁊ eternoꝝ cogni
 tionem p̄iter ⁊ amorem qñ voluerit ⁊ quātuz
 placuerit statim infundit: Tales nūcios ī sua
 ereptioe exptus fuerat qui dicebat: Disit de
celo ⁊ liberauit me. Sed forte adhuc q̄ris sci
 re q̄lis illa legatio fuerit p̄ quam de aīe sue ca
 ptiuitate euasit: Disit de⁹ inq̄t misericordiā
 suā ⁊ v̄itatē suā ⁊ eripuit aīaz meā. Angel⁹ cū
 luce veniēs: diuīe miseratōnis opatio v̄itatē
 īfundēs: miscōdia veritatē adducēs: vnctio do
 cens. Quid est autē deo misericordiā ⁊ verita
 tem mittere ⁊ hoīem a sua captiuitate erige:

Richardus de arca mystica

nisi homī misericōdie sue opatione veritatē inspi-
rare: veritatiscq; inspiratiōe ad robur virtutis
solidare: Et q̄s vnq; aīe sue picula plene eua-
sit si hmōi legatōis bāficia expiri nō meruit:
Felix petrus q̄ nō solū meruit ab angelo eri-
pi: sed ereptus etiā angelū sequi. Puto qz nō
omnes qui ab angelo eripiunt: angelica etiaz
vestigia comitantur. Lego carcere positos
aplos: ab angelo eductos: non tamē secutos.
Petro ab ip̄o suo ereptore angelo p̄cipit vt
ip̄m sequat: Quid hoc esse dicimus: Quātū
hoc eē putam⁹: angelica vestigia legere: post
celestia pēnataq; aīalia ire. Cogita si potes q̄
illa p̄cedentis angeli vel subsequētis p̄fectio
seu p̄motio fuerit: q̄rū trāsītū nec carceral' cu-
stodia: nec ferrea porta cohibere v̄l retardare
potuit. Quid horū nō nouū: Quid horū non
mir⁹: Vere angelicū ⁊ x̄e pl⁹ q̄ hūanū hūa-
ne possibilitat' tenebrosū ⁊ horridū exire car-
cerē: ⁊ p̄ p̄ns oīs ipossibilitatis arduū ⁊ artū
trāsire. Cogita illū exitū quē p̄m⁹ hō habuit
anteq; peccauit: vel quē hō adhuc h̄et si oī-
no nō peccasset: per quem sane exitum quoti-
dens oporteret facilem transitum habere po-
tuisset de mūdānis ad supmūdāna: de v̄sibi-
libus ad inuisibilia: de transitorijs ad eterna.
cum haberet p̄mptum quotidie celi ciuibus

per contemplationē interesse: diuinis illis secre-
tis se licēter ingerere: et illud internum dñi sui
gaudiū dignāter intrare. Cogita cōsequēter
quomō et istū peruiū p̄us comeandi transitū
diuina post peccatū seueritas dire necessitatē
valuis impossibilitatisq; repagulis obstruxit
et obserauit. Cogita hoc inq; et forte hoc co-
gitando inuenies quid de illa ferrea porta sen-
tire debeas vel affirmare audeas. Quere tñ si
minus sufficis ad ista: non quidē a nobis: qñ
potius ab illis quibus forte porta hec ferrea
p̄ frequētem transitū familiariter est nota: et q̄
bus forte iuxta similitudinē petri angelo pre-
eunte ducatūq; p̄bete sepe vltro ē apta. Illō
sane vt arbitror nō impudēter dixerim: quia
longe supra hominē fuit: qz longe a semetip̄o
et supra semetipsum trāsūt: quia hec omnia p̄
expiētā didicit: Alioquin nō erat vñd post-
ea in se reuerteretur: vel vnde de eo recte scri-
beret: Et petr⁹ ad se reuersus dixit: Nūc scio
vere qz misit dñs angelū suū: et eripuit me de
manu herodis. Multa sunt que sup p̄nti cap-
itulo dici potuissent: si hoc loco dici debuisset:
Sed sufficit nobis qd̄ p̄posuim⁹ ex eius testi-
monio sufficienter probasse: quonodo diuina
quandoq; reuelatio soleat meditationis no-
stre studia p̄uenire: torpentemq; animū exci-

Richardus de arca mystica.

tare: z sub semetipso deiectum etiam supra se-
metipm qñq; leuare.

¶ tertius excedendi modus fie-
ri soleat ex magnitudine iocundita-
tis z exultatiōis. Capitulū. XIII.

Estat adhuc de tertio loco ostendere
r quomō ex iocūditatis exultationisq;
magnitudine humana mens soleat ī
extasim cadere z semetipsam excedere. Hic
sane excessionis modus mihi videt̃ satis con-
ueniēter exp̃ssus: in illis quidē verbis que de
canticis canticorū ī tertio loco posuim⁹. Que
est ista: ait sc̃ptura: que ascendit de deserto: de
litijs affluens: innixa sup dilectū suum. Si p
desertū recte intelligit̃ cor humanū: quis erit
iste de deserto ascēsus: nisi mentis humane ex-
cessus: Quasi de deserto human⁹ anim⁹ ascē-
dit: qñ sup semetipm mentis eleuatiōe trāsit:
quādo semetipsum in imo deserens: z ad celū
vsq; ptransiens: solis diuinis se totū p cōtem-
plationem īmergit z deuotionem. Sed hmoi
ascensiōis causa cōsequēter annectit̃ in eo q
hec que ascendit delitijs affluere describitur.
Quid est delitijs affluere: nisi spiritaliū gau-
diorū plenitudine abūndare: Quid inq; est hec
delitiarū affluētia: nisi vere z interne suauitatē

abūdātia celit⁹ data: vbertimq; īfusa leticia.
 Harū deliciarū copiā: sicut nec verū gaudiū
 fallaces diuitie vnq; exhibere possunt: altoqñ
 fallaces nō essent: si veras delitias: imo ⁊ earū
 affluentīā veraciter exhiberēt. Nūquid nam
 delitias hēe ne dicā affluere veracit⁹ dici pos-
 sunt: qui s̄m beati Job sententiā sub sentibus
 eē delitias cōputāt: Has sane exteriorēs fal-
 lacesq; diuitias etiā impū hēe possunt: q̄ verū
 tamē gaudiū oīno hēe non possunt. Nisi for-
 te mendacē euz facim⁹: quē in p̄pheta veracit⁹
 cōtestatē audim⁹: Nō est impūis gaudere di-
 cit dñs. Quotiēs itaq; īternis verisq; delitijs
 cares: etiā si exteriorib⁹ diuitijs abūdas: cuz
 p̄pheta veraciter psallere potes: Quā inops
 ⁊ paup sum ego. Nūquid nō rex potens ⁊ di-
 ues p̄ncepsq; p̄ploꝝ erat q̄ ista dicebat: Qua-
 les ḡ erāt ille diuitie: v̄l q̄les delitias poterūt
 cōferre: inter quaz copiā oportet inopē fore:
 verūq; gaudiū alioꝝ sum mēdicare: Ego autē
 inq̄t mendicus sum ⁊ paup: dñs sollicitus est
 mei. Hanc itaq; delitiaz affluentīā: veroꝝq;
 gaudioꝝ abūdantiā nō est vnde sperare de-
 beas: nō est vnde hēe valeas: nisi ex illa inti-
 ma animi iocūditate: diuinitusq; infusa dulce-
 dine. Que ē inq̄t ista q̄ ascēdit de deserto deli-
 tijs affluens: eo q̄ nō quelibet harū deliciarū

Richardus de arca mystica

expiencia: sed earū affluentia hui⁹ ascensum
qui de deserto fit gignat atq; pficiat. Constat
aut qz quātūcūq; pficim⁹: has delicias i hac
dūtaxat vita cōtinuas hēre non possum⁹. Eo
itaq; tpe quo eiusmodi affluētia aīa caret: ad
hūc de quo mō loqmur ascēsum assurgere nō
valet: qm̄ in suo ascēsu delitijs affluere oportet.
Puto autem sic aliud ⁊ aliud sit affluentē
ascēdere: ⁊ ascēdentē affluere: sic aliud ē afflu
entiā esse cām ascendendi et ipm̄ ascēsum esse
cām affluēdi. Delitiaz itaq; affluētia ascēsi
nis tūc causa existit: qm̄ ex illa diuine dulcedi
nis infusiōe quā i intimis sentit: seipaz aīa s̄a
cta p̄ gaudio ⁊ exultatiōe nō capit: intantū vt
exultatiōis ⁊ iocūditatis sue magnitudo eam
extra semetipam effundat: ⁊ supra semetipaz
rapiat. Sic sane sic vehemēs imēsaz leticia
dū supra hūanū modū excrescit: hoīem sup̄
hominē attollit: ⁊ supra humana subleuatur
sublimius suspēdit. Hui⁹ sane rei formā etiā i
aiālib⁹ possum⁹ quotidie p̄cipere. Solent nāq;
in suis lusib⁹ saltus quosdā dare: ⁊ sua corpa
quātūlūcūq; in aera suspēdere. Sic sepe ⁊ pi
sces dū in aquis ludūt: sup̄ aq̄s exiliunt: ⁊ na
tiue illi⁹ habitatiōis sue terminos excedūt: dū
seipos vel ad modicū per aera suspēdūt. Sic

Liber V Ca. XIII

pculdubio anima sancta dum interno quodā
 tripudij sui applausu a semetip̄a excutit̄: dum
 supra semetipsam ire mētis alienatiōe videt̄:
 dum in celestibus tota suspendit̄: dum ange-
 licis spectaculis tota imergit̄: natiue possibi-
 litatis terminos supgressa videt̄. Hinc est q̄ p
 pphetam dicit̄: Montes exultauerūt vt arie-
 tes: z colles sicut agni ouiuū. Quis nō videat
 supra naturam vel potius contra naturā esse
 montes vel colles iuxta arietū vel agnoz lu-
 dentiū similitudinē saltus quosdā in supiora
 dare: z terrā a terra resilire: z seip̄am p̄ aera li-
 bzare: Mōne velut terra a terra suspendit̄: qñ
 homo supra hominē ducit̄: cui p̄ exprobrati-
 onem voce dñica dicit̄: Terra es: z in terram
 ibis: Quātūcūq̄ ḡ virtutis magnitudine ex-
 crescat: q̄uis ad colliū seu vt multū ad mon-
 tiū similitudinē in alta assurgat: terra vtq̄ ē.
 Et tr̄a recte dici potest: q̄diu luteas inhabi-
 tat domos: et terrenū habet fundamētū. Et
 illud sapientis: Ut quid supbis terra z cinis:
 Si igitur simplici expositione p̄tenti sumus:
 sufficit fortassis illud dicere: quia hoc est mon-
 tes z colles ad arietum z ouium z agnorum
 similitudinem exultare: in summis z sanctissi-
 mis yris hūanā naturā yltra hūana naturā

Richardus de arca mystica

ascēdere: et p̄ nimia iocūditatis et exultationis
abūdantia sup̄ semetip̄am mētis alieparatione
transire. Ecce vt arbitror apto iā exemplo do
cuim⁹: q̄ p̄ magnitudine exultatiōis quāq; cō
tingat hūane mētis excessus. Sed si cui for
tassis h̄ qd̄ de adiūcta ouīū similitudine dixim⁹
min⁹ sufficiat: et circa singl̄or̄ expositiōz curi
osi⁹ insistat: illas nonagintanoue oues ad me
moriā reducat: q̄s summ⁹ pastor ī sūmis reli
quit: q̄n̄ illā q̄ perierat ī terris q̄siuit. Cogitet
ergo qui pōt quātū sit vel quale hmōi nostre
terre mōtana ad eor̄ similitudinē impetu iocū
ditatis sue in alta exilire: in hanc naturā ex
ultatiōis sue applausum iuxta angelice simili
tudinis tripudia formare. Si aut̄ in arietib⁹
sūmos illos angelor̄ ordines: in agnis v̄o in
feriores quosq; intelligim⁹: nihilomin⁹ quoq;
et illud agnouim⁹ quō eiusmodi arietes dicti
videlicet summi angelor̄ ordines: cū miris il
lis iocūditatis sue lusib⁹ cōtemplatiōisq; ex
cessib⁹: supra semetipsos eunt: cū se in suis su
periorib⁹ suspendūt: nil aliud q̄ creatricē om
niū substantiā: sup̄ semetipsos aspiciūt: nec in
q̄ ei⁹ potētia v̄l sapiāz v̄l bonitatē: quā ī seip̄a
contemplari vel mirari valeant inueniūt. S;̄
minores illi angelor̄ ordines qui in agnis de
signari vident̄: cum supra semetipsos ferunt̄:

143

illos utiq; spūs quos sibi mire dignitatis p-
rogatiua p̄minere conspiciūt: quoddā q̄si ad-
huc speculū in hac sua subleuatiōe inueniūt:
ī q̄ sūmā maiestātē mirabilē cernere: ⁊ adhuc
q̄si p̄ speculū videre p̄ualeāt. Si igit̄ p̄ mōtes
viri p̄templatiui: p̄ colles speculatiui recte in-
telligunt: vide q̄ recte mōtes ad similitudinē
arietū: ⁊ colles ad similitudinē agnoz̄ exulta-
re dicant̄. Quis em̄ speculatio ⁊ p̄templatio
p̄ inuicē soleant poni: ⁊ in hoc ip̄o sepe sc̄ptu-
re sentētie p̄rietatē obnubilent et inuoluant:
aptius tamē et exp̄sius speculationē dicim⁹
q̄n̄ p̄ speculū cernim⁹: cōtemplationē h̄o q̄n̄
veritatē sine aliquo inuoluto vmbzarū vela-
mine in sui puritate videm⁹. Colles itaq; ad
agnoz̄ū similitudinē exultant: q̄n̄ imensa illa
intime solēnitatis tripudia eos eo vsq; supra
semetipsos leuāt: vt celestīū secretorū arcana
saltem p̄ speculū in enigmate videre valeant.
Mōtes h̄o q̄si ad instar arietum exultāt: q̄n̄
maiores in iocūditatis sue excessib⁹ in pura ⁊
simplici veritate vidēt: qd̄ minores: vt iaz̄ di-
ctū est: vix p̄ speculū ī enigmate videre valēt.

Quilibet mentis excessus hūa-
ne industrie vel meriti modum exce-
dit. Capitulū. XV.

Richardus de arca mystica

Emo tamē tantā cordis exultationē
n vel subleuationē de suis viribus p̄su-
mat: vel suis meritis ascribat. Cōstat
hoc sane nō meriti hūani sed muneris esse di-
uini. Unde ⁊ illa quecūq; est anima que de de-
serto ascēdisse describit̄: dilecto suo inixa phiv-
bet̄. Quid est em̄ dilecto suo inniti: nisi virtu-
te illius ⁊ nō p̄p̄iis viribus p̄moueri: Quid
inōq; est dilecto suo incumbere: nisi de propria
prudētia ⁊ virtute p̄ hac pte nihil oīno pre-
sumere: Quātū mihi videt̄ nihil de p̄pria in-
dustria: nihil de p̄pria prudētia recte p̄sumit̄:
p̄sertim eo in loco vbi de deserto ascendit̄: sed
nec in deserto quidē quando per desertū itur.
Scit hoc sane ip̄e dilectus: ⁊ idcirco deducit
eam in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatiōe
ignis. Quo em̄ modo sustineret pondus diei
⁊ estus: nisi in vmbra illi⁹ quē diligit aīa sua:
Vel quis ei loc⁹ tutus a timore nocturno: p̄-
sertim in loco horrois ⁊ vaste solitudinis: ni-
si ip̄se emittat lucē suā ⁊ veritatē suā: Deniq;
nō haberet q̄ estus ꝑcupiscētie temparet sibi:
nisi virtus altissimi obumbraret illi. Nihillo-
min⁹ desset vñ ignorantie sue tenebras illu-
minaret: nisi in lumie illi⁹ videret lumē. Unde
et dicit illi: Qm̄ tu illumias lucernam meam
dñe: ⁊ me⁹ illumia tenebras meas. Accipit
Magis dilecta ex munere dilecti sui ⁊ beneficio

sponsi sui: duo remedia contra duo p̄ncipalia
 mala: Refrigerij nubē cōtra cōcupiscētiā car
 nis: ⁊ reuelatiōis lumen cōtra ignorantia mē
 tis. Q̄ sepe homo viā veritatis agnoscit: nec
 tamē carpit: vtpote a cōcupiscētia sua abstra
 ctus ⁊ illect⁹: Et hic quidē ignē diuine cogni
 tionis habet: sed refrigerātis gratie nubē non
 habet. Et q̄ multi sane zelū quidē habēt quē
 tamē s̄m sciētiā nō habēt. Et hi forte interim
 nullos cōcupiscētie estus sentiūt: sed quasi s̄b
 noctis refrigerio quiescēdo respirāt: ⁊ videntē
 quidē qui eiusmodi sunt noctē habere: s̄ ignē
 illuminātis grē nō h̄re. Bonū ē q̄ spare ī dño
 ⁊ non p̄sumere de seip̄o. Q̄ beati illi quib⁹ fit
 in velamēto diei ⁊ in luce stellarū nocte: expā
 dens nubē ī p̄tectionē eorū: ⁊ ignē vt luceret
 eis p̄ noctē. Nō est volentis neq̄ currentis: s̄
 miserētis dei. Scit hoc dilecta: ⁊ idcirco dile
 cto suo inītit. Vñ ⁊ recte de ea scribit: Que est
 ista que ascēdit de deserto delitijs affluens: et
 innixa sup dilectū suū:

Q̄ in tertio marie excedendi mō
 totū ex diuio p̄det bñficio. Ca. XVI

Ane cū hec sponsi sui dilecta semp̄ ex
 s̄ vbiq̄ dilecti sui egeat adiutorio: ita
 vt sine ipso nihil valeat facere: nusq̄
 amē coopatrici grē vehemēt⁹ incūbit: vñ in

Richardus de arca mystica

cūbere oportet: quā eo loco ubi de deserto ascendit: tūc maxime cum delitijs affluit. Si enim p̄ desertū recte intelligit̄ cor humanū: qd̄ erit de deserto ascendere nisi supra semetip̄m ire: Quid igit̄ hō ibi possit ubi homo supra hominē ascendit: ubi hūana natura hūane possibilitatis metas trāscēdit: Nullo hō tpe dilecto suo vehemētius inicitur quā cū spiritalib⁹ delitijs sancta aīa affluere videt̄. Cogitemus mō puellam quēdam tenerā z delicatā: utpote in multa deliciarū affluentia educatā: sed et multo iam vino madidā: utpote in cellā viniariā introductā: in torrēte voluptatis potatā: z q̄si p̄ nimia teneritudīe vix posse incedere: z p̄ nimia ebrietate viā quā tenere debeat: nullo mō posse discernere: Nōne sub tali tibi schemate p̄siderāda p̄ponit̄ hec q̄ delitijs affluere z dilecto suo innixa describit̄: Quid hō mirū si deliciarū affluentia delicatā reddit: Vultis aut̄ audire quā delicatā afficere cōsuevit: pene sup̄ id qd̄ credi possit: In tantū deniq; ut nulla exterior delectatio possit ei aliquaten⁹ sapere: nec aliqua hui⁹ mūdi gloria aliqd̄ cōsolatiōis afferre: ita ut veraciter audeat p̄fiteri z dicere: Renuit̄ cōsolari aīa mea: eo q̄ veraciter sentiat: z p̄ certo diffiniat: q̄ oīs caro fenū z oīs gloria eius quasi flos fenū, Deniq; tedit

aiāz suā vite sue: quotiēs nō dat̄ psuetas deli-
 tias pro voto habere. Vita itaq; ipsa ita ei in
 tediū: imo in odiū vertit̄: quotiēs ei illa sua i-
 terne solēnitatis gaudia aliquādiu subtrahū-
 tur. Logita ḡ quale sit eiusmodi delitijs assue-
 tam: eoz que delectāt nihil in ppria potestate
 habere: et sine quib⁹ nullā oīno possit cōsola-
 tionē hēre v̄ recipere: et q̄ nllā sua industria: nllā
 sua prudētia possit acq̄rere. Quicq̄d ad eius
 cōsolationē: quicq̄d ad eius iocūditatē valet:
 ex alieno arbitrio: ex alieno beneficio pendet.
 Recte ḡ illi⁹ viribus innitit̄ cui⁹ munificētia
 totū rectuz psumit̄ qd̄ spat̄: desiderat̄ et ama-
 tur. Quotiēs sub hoc statu dicit̄ illi et iuxta
 pphete cōminationē vertit̄ ei in verbum dñi:
 Mandata remāda: manda remanda: Expecta
 reexpecta: expecta reexpecta: modicū ibi: mo-
 dicū ibi. Expectare itaq; et reexpectare cogit̄:
 dū eius desiderii sepe diuq; mltūq; differit̄:
 dum delitias suas nec p voto habere: nec ab
 eiusmodi cōcupiscentijs animū suū possit tē-
 pare. Ex his vt arbitroz apparet: q̄ longe sup̄
 hoīem sit: modūq; humanū excedat: quicq̄d
 in hoc mētis excessu agit̄ vel sentit̄.

Qui ad hūc tertii eiusmodi gratie
 gradū pfecerit: vnde in idipm adiu-
 uari possit. Ca. XVII.

Richardus de arca mystica

Erutamē qui ad hanc gratiā p̄fecit:
v cū eā sibi vltra solitū subtrahi iā sen-
tit: est qđ facere debeat vñ ad eā recu-
pandā multū p̄ omnē modū adiuuari valeat:
z vnde animū suū in id negociū quātū in se est
idoneū efficiat. Debet itaq; anim⁹ q̄ eiusmo-
di est p̄rijs meditatiōibus cordis in se exulta-
tionē reparare: z impēsa sibi diuinorū bñfictorū
munera añ recordatōis sue oculos reuocare:
z ex eiusmodi recordatione seipm ad p̄fundā
z deuotā gratiarū actionē instigare: z tandem
aliquādo illō spiritalis harmonie organū ex
intimo affectu: in diuinas laudes laxare. Dū
itaq; laudes hmōi studijs intima cordis affe-
ctio in diuine cōfessionis magnificentiā ple-
na deuotione resoluit: quid aliud q̄ quoddaz
vt ita dicā: spiraculū ap̄it: p̄ qđ in illud cordis
nostri vasculū celestis dulcedinis emanatio
diuineq; suauitat̄ abundātia infundat̄: Hic
est q̄ heluseus p̄pheta ad verbū dñi req̄sit⁹: cū
se p̄sensisset sp̄m p̄pheticū tūc t̄pis nō h̄re: fecit
sibi psaltē adducere: quo p̄nte atq; psallente:
statim sp̄m p̄pheticū hausit: osq; suū e vicino
in verba p̄pheticū relaxauit. Forte aliqs iuxta
historiā querit: quid sibi velit: q̄ p̄pheticū do-
num per psalten quesiuit: vel q̄ ipso psallente
spiritum p̄pheticū recepit: Scimus vniuersi q̄

dulcis harmonia solet mentē exhilarare: et
 cordi gaudia sua ad memoriā reuocare: et abs-
 que dubio quod vniuscuiusque animi sui amor vehemē-
 tius afficit: eo profundius audita harmonia affe-
 ctū tangit: et quo profundius per affectū tangit: tan-
 to efficacius ad sua desideria reuocat. Quid
 igitur aliud de prophetico viro sentiri oportet: ni-
 si quod exteriori harmonia interiorē illā et spiri-
 talē harmoniā ad memoriā reduxit: et audita
 melodia audiētis animū ad assueta gaudia re-
 uocauit atque leuauit: Cur autem de spiritali et ve-
 ra delectatione non sentiamus: quod de corporali et va-
 na delectatione quotidiano experimento proba-
 mus: Quis enim nesciat quomodo sola carnalis
 delectationis memoria carnalē mentē in de-
 lectionē rapiat: Cur non eandē quinpotius
 maiorē efficaciam in summi viri spiritalis de-
 lectionis habeat: Audita itaque melodia prophete
 sancto: quid aliud quam quedam scala fuit: quae eum
 ad consueta gaudia leuauit: ut quae carnalibus
 causa ruine esse solet: huic occasio ascensionis
 existeret. Cogitet qui potest quam profunde: quam in-
 time eum sepius ex parte illius supercelestis dul-
 cedinis memoria ad vocem psallentis tetigit: quae
 ipsum supra semetipsum rapuit: et propheticum
 spiritum vel sensum: in prophete animo repara-
 uit.

Richardus de arca mystica

Quid maxime soleat valere ad in-
nouationē eiusmodi gr̃e. Ca. XVIII.

Ed et tu quecūq; es aīa q̃ soles h̃mōi
f spiritualib⁹ delitijs affluere: et dilecto
tuo inīra sepe d̃ deserto ascēdere: et ad
theoricos quosdā excessus subitaneo quodā
et inopinato: imo inopinabili gaudioꝝ tripu-
dio subleuari: et quasi quibusdā p̃pheticis in-
tellectibus et reuelatiōibus diuinis sublima-
ri: p̃pheticō disce exemplo: quid tu facere de-
beas: vt sub necessitatis articulo q̃si ad manū
habeas quō animū tuū ad assuetas delitias
repare valeas: forte nō erit inutile: et te sblimi
necessitate psalten adducere et psallentē audi-
re. Sed de hac re qd̃ sentiam⁹ breuiter absolu-
am⁹. Quid aliud dicim⁹ psaltē istū q̃ exultati-
onē cordis i deū: Eiusmodi psaltē p̃sentē h̃e
nos voluit qui dixit: Letamini in dño et glo-
riamini oēs recti corde. Quid est aut̃ eiusmo-
di psaltē adducere: nisi p̃uida meditatiōe cor-
dis exultationē reparare: et ex diuinorū benefi-
cioꝝ vel p̃missionum recordatiōe cordis de-
uotionē excitare: Hūc tūc p̃culdubio psaltē
psallere facim⁹: qñ ex magno cordis tripudio
in diuina p̃conia iubilam⁹: et in gratiarū actio-
nē exurgētes: ex intimis visceribus i diuinas
laudes euz magno cordis clamore reboam⁹.

Hec itaq; agētes qđ aliud q̄ vīā sternimus p
 quam venientē visitantēq; nos dñm excipia-
 mus: Sacrificiū inquit laudis honorificabit
 me: z illic iter qđ oñdā illi salutare dei. Psallē-
 do itaq; atq; laudando: iter dño pat̄: p qđ ad
 nos venire z miris quibusdā mysteriozū suo-
 rū reuelationibus nos releuare dignat̄. Hinc
 itaq; alio loco dicit̄: Cantate dño psalmū di-
 cite noī ei⁹: iter facite ei qđ ascēdit sup occasuz.
 Queris forsitan scire qđ sit sup occasuz ascen-
 dere: Eam sane mōi regionē qua sol occidit:
 luxq; diurna deficit: vsus occasuz dicere con-
 sueuit. Quid hō recti⁹ intelligim⁹ occasum:
 q̄ hūane intelligentie defectū: Ibi em̄ intelli-
 gentie sol q̄si occasū incurrit: z cognitiōis sue
 radios abscondit: z diei lumen qđāmō in tetre
 noctis caliginē vertit: z humanis aspectibus
 oīa subducit: qñ spūs hūan⁹ i mētis alienati-
 onē cadit: z cōi sensu deficiēs extra semetipm
 rapr⁹: quid i se vel circa se agat̄ penit⁹ nescit.
 Quid est aut̄ dñm in cōsideratiōis nre oculis
 ascēdere: nisi magnitudinis sue reuelatiōe co-
 gnitiōis nre argumēta multiplicare: Quāto
 em̄ sublimioza nobis de magnitudinis sue alti-
 tudine reuelat: tanto ad celsioza intelligentie
 nre obtutus se leuat. Supra occasū hō tunc
 veraciter ascēdit: qñ hōiem supra semetipsuz

ubi
p

Richardus de arca mystica

rapit: quādo ei eorū omniū que iuxta cōmū
nē sensum nouit memoriā subducit: et ei hoc
de maiestatis sue celsitudine p mētis excessuz
ostendit: qđ iuxta cōmunē huius uite statū z
hūane capacitatē modū: nullo vnq̄ mō cōpre
hendere possit. Studeamus cū g magna mē
tis alacritate in domino gaudere: z satagam⁹
corā ip̄o cum intima deuotione psallere: vt sic
quidē dignet̄ sup occasum ascēdere. Hęc agē
tes: qualē oportet psaltē adducimus: z qualif
expedit psaltē audimus: ad eius psaltis vocē
spiritalē: anim⁹ medullit⁹ tangit: z irruente ī
eo spū spiritaliter afficitur. Et duz ad diuinā
īnspirationē intellectualis sensus apit: p̄phe
talis in eo quodāmodo grā repat. Ad eiusmo
di itaq̄ psalmodiā spiritalēq̄ harmoniā aīa
cōtemplatiua spiritalib⁹ theorijs assueta in
cipit tripudiare: z p̄ gaudiū nimietate suo q̄
dā modo gestire: z spiritales quosdā et sui ge
neris psalt⁹ dare: z se a terra terrenisq̄ oībus
suspendere: z ad celestiū cōtemplationē tota
mētis alienatiōe transire. Hoc igit̄ ē vt dixi
mus qđ ad mētis inouatiōz valet: h̄ est qđ ad
amisse gratie recuperatiōz maxie valere solet.

**Quibus gradibus excrescat hu
mane mentis excessus. Ca. XIX.**

Liber V Ca. XIX.

Actū est quibus de causis mētis alie-
natio accidere soleat: nunc illud adū-
ciendū videt̄ quibus etiā gradibus
ascēdat. Ascendit aut̄ aliquñ supra sensum cor-
poralē: aliquñ etiā supra imaginationē: aliquñ
vō supra rōnem. Quis autē illā q̄ supra sen-
sum corporalē: seu illā q̄ supra imaginationē est
negare audeat: cū illā etiā que supra rōnem
est: applica illa auctoritas cōvincat: Scio in-
q̄t hoīez siue ī corpe: siue extra corp^o: nescio:
de^o scit: raptū hmōi vsq; ad tertiū celū: Ecce
qz hūanā rōnem mētis alienatiōe trāsierat: q̄
quicqd̄ circa se ageret̄ penit^o discernere neq̄-
bat. Sed hūc locū pleni^o explanādū: meli^o ē
eruditiorib^o ingenijs relinq̄re: q̄ d̄ tāta mate-
ria sup̄ vires n̄ras aliqd̄ temere p̄sumere: me-
lius in h̄ nos illoz p̄tia instruit: q̄s ad scie h^o
plenitudinē: nō tā aliena doctrīna q̄ p̄pria ex-
p̄ientia p̄uexit. Ad illā itaq; materie n̄re sum-
mā: quā in p̄mo libro succincta breuitate per-
strinxim^o: ista ī subsequētī ope largiori execu-
tione adiecim^o: vbi vt sup̄ius p̄misim^o ocio-
sis locuti sumus.

Magni cōtemplatoris Richardi
de sancto Victore liber quītus de ar-
ca mystica explicit.

Sims mei Albertus polz
Anno domini 1558

ist dy buch wie sijn schilt
Der ist ein dipl ist sijn ritter
oder koch noch vordt ist
in golde geredt

a d angalzen geredt A





